

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber vigesimussextus, De purgatorio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

LIBER VIGESIMVS SEXTVS.

De

PURGATORIO.

Caput Primum.

DE PURGATORIO, STATVS CONTROVERSIÆ.



Gressos Limbis, Purgatorium excipit, contra quam Papistæ fabulantur. Inhumanior locus: et si nunc quidem habitationis: sed ut olim metallæ. Quanquam magis placet aurifodinarum exemplum, in quibus Hispani Catholicissimi homines cateras barbarorum in orbe nouo Occidentalí cruciandas detinebant, ut inde sibi aurum multum, suum Deum, effoderent. Re vera hic fundus est Ecclesiæ Romanæ, & inexhausta diuitiarum scaturigo.

II. Purgatorium propugnantes hi mihi fuere. Ioan. Roffensis, ad articulos Lutheri 37; 38; 39; 40. Eckius, Enchirid. c. 25. tum in disp. Lipsica cum Lutherio. Ioan. Bunderius, Compendij tit. 18. Iacobus Latomus in explicatione articuli 6. Louaniensium. Iod. Clichthoracis, Antilutheri lib. 2. c. 26. Alfonius de Castro, contra hæreses lib. 12. c. de Purg. Mart. Peresius Aiala, de traditionib. p. 3. Thomas de Vio Card. Cajet. ro. 1. tract. 23. & 24. Francisc. Horantius, Locorum Catholicor. lib. 5. c. 24. & deinceps. Pet. Auratus, para doxo 75. Francisc. Sonnius, demonst. tr. 4. c. 3. & 4. Fran. Polygrianus, in affectionib. c. de Suffragiis defunctor. & Purgatorio. Io Tauerneius Calmae. Doctor Sorbon. libro admodum spillo, de Purgatorio animarum post hanc vitam expiandarum. Io. Arboreus Theosophie libr. 14. c. 18. Fr. Panigarol. Lectione 12. Fr. Feudentius, Theomachia lib. 11. 12. 13. Io. Slotanus Gefensis, disp. 1. aduersus hæret. c. 28. Henric. Ioliffus, Robert. Ianon, Steph. Gardinerus, responsione ad artic. 10. Hopperi, artic. 8. Conradus Klingsius, Locor. Catholic. lib. 4. c. 49. & 50. Thomas Stapletonus, in promptuario Catholicico, festo commemorationis omnium Sæctorum. Iodoc. Lorichius, in Fortalito, c. de Purgatorio. Archangelus Rubeus, in opere Sacramentorum, dist. 2. Simon Vigor, in probatione Purgatorij. Claudius Durandus, in Purgatorio fidelium defunctorum. Sylvestris Delaval Capucinus, iustatum magnitudinem Ecclesiæ Romanæ lib. 4. c. 13. Iulius Caesar Bulégerus, contra Philippi Mornæi 3. de Eucharistia c. 6 & seq. Robertus Bellarmi. Controversiarum ro. 2. controversia general. Ffar. Costerus, Enchirid. c. 6. Franc. Turrianus, pro Epistolis lib. 4. c. 12. & 14. Alph. Salmero, in ad Corinth. disp. 1. & seqq. Gregor. de Valentia, libro vno de Purgatorio, quem translatis in tom. 4. Cömen. Theologic. in Thomam disp. 11. q. 1. Theodor. Peltanus, de Purgatorio lib. vno Io. Hayus, disp. lib. 1. c. 60. & seq. Ludouicus Richeomus, de S. Missa, libri 1. c. 4. 8. 49. 50. Fronto Duceus, Inuentarij c. 9. Petrus Coton. Instit. Cath. lib. 4. c. 1. Petrus Thyræus appendice 2. libri de Spiritu appariationib. Zacharias Bouerius contra Atheistas, demonst. 3. tertii symboli. Carol. Fr. de Abra de Raconis, in responso ad epist. Minist. sectio. 6. Io. Dauidis Petronus, tractatu de Purgatorio.

III. Purgatorium oppugnantes adfueré mihi, Huldreichs Zwinglius, de vera & falsa religione: item in Explanacione, art. 1. & art. 4. ad Valentini Comparem. Hen. Bulerius, Inst. q. 34 & Decad. 7. serm. 10. Io. Calvinus, Inst. lib. 3. c. 5. Petrus Martyr Vermilius, Loc. Commun. Classis 3. c. 9. Vuolgang Musculus, in Locus Communis de Remissione peccatorum, c. 8. Martinus Chemnitius, Examinis Trident. p. 3. Ant. Sadeel, de vera peccatorum remissione: & cōtra Monachos Burdegal. c. 4. 6. Io. Iuelius, Apologæ c. 16. Hier. Zanchius, de Natura Dei lib. 4. c. 4. q. 5. Lamb. Danæus, ad hanc ipsam controversiam contra Bellarm. Pezelius argum. Theologic. p. 6. Amandus Hanauerus Cariouillanus, Refutatione rationum, & argumentorum pro igne Purgatorio. Amandus Polanus, Synrag. lib. 7. c. 25. Philippus Mornæus, de Eucharistia, lib. 3. & seq. Francisc. Iunius ad Bellarmi controv. 6. Matthæus Suthiarius, de Purgatorio Pet. Molinæus, in Incremento aquarum Siloe. Andreas Riuetus, in Sum. Contrôu. tract. 2. q. 42.

IV. Purgatorij imaginem quandam expressimus iam preced. libro, sed nūc exactiore inquisitionem esse oportet, quum in' d'ro 18. 22. est deuenitum. Tauerneius, Firmiter credendum est, Purgatorium esse, in quo post hanc vitam detinentur anime, qua licet in caritate hinc exierunt satisfactionem peccatis respondentem non peregerunt, dum h'c agerent. Bellarm. Vocata Purgatorium locus quidam, in quo, tanquam in carcere, post hanc vitam purgantur anime, que in hac non plene purgatis fuerint, ut nimur sic purgata in celum ingre di valent. Hæc brevis definitio tribus capitib. explicabitur plenius: vno de personis, alio de purgatione, tertio de loco.

V. De personis expeditius est. Non admittuntur in Purgatorium omnes animæ: sed tantum, quibus celum est destinatum: deinde, ne istæ quidem omnes: sunt enim quædam, quibus liber est in celum committitus: sed eæ tantum, quibus nihil purgandum superest: nempe primum, quibus nullum fuit peccatum, quod priuilegium vni Virginis Mariæ tribuunt; secundo, quibus nullum actuale: quale est volunt Ieremiam; & Iohannem Baptistam: nam soli originali, nihil est in Purgatorio negotio: tertijs: quibus expiatum sit plene peccatum sive veniale, sive mortale. Itaque si quis peccatis actualibus obnoxius animam exhalat, qualitatemque penitentis, quantumcunque, fidens passioni Seruatois, si non ipse satisficerit dum fuit in viuis, huic nihil certius immixtus. Purgatorij tormentis. Hoc caput Bellarm. disputatione: capite primo libro secundo aduersus duos errores eorum, tum qui purgandos dicentes post vitam, tam bonos quam malos: tandem saluandos sive omnes, ne dæmonibus quidem exceptis: sive tan-

tum homines, sive tantum Christianos, sive denum Catholicos solum.

VI. Purgationem peccatorum agnoscunt varie concipi posse: primo, in ipso Christo, vt ad Hebr. 1. Purgationem peccatorum faciens. Io. 1. Ecce qui tollit peccata mundi. Secundo in tribulationibus huius mundi, Malachiæ 3. Purabit filios Levi. Io. 15. Purgabite, ut fructum plus afferat. Sed de hac virtute purgandi ratione, negat nunc agi Bellarm. c. 1. lib. 1. Nempe cruciatus malum: quibus qualiter dilanietur anima: penas appellant vulgo: vnum damni, parentiam diuinæ visionis: alteram census, quæ consistit in aliquo dolore prouidente aliunde, quam ex parentia visionis Dei: nimur inficta ab aliquo obiecto. Docet Bellarm. capite decimo secundi.

VII. Ei pœna metienda non est apud omnes eadem decempeda. Bellarmiino placet Bonaventura sententia duobus comprehensa capitibus. Vno pœnam damni non esse maiorem omni pœna, sive Purgatorii, sive huius vitæ altero. Purgatorij pœnas esse maiores pœnis huius vitæ, solum in hoc sensu: quia maxima pœna Purgatorii maior sit, quam sit maxima pœna huius vitæ, licet aliqua pœna Purgatorij reperatur minor aliqua pœna huius vitæ. Et rationes illi sunt: prima, quia ex certis revelationibus constet, aliquorum pœnam esse tam exiguum, vt nihil pati videantur: altera, quia possit fieri, vt moriatur aliquis, nullum debitum secundum ferens, nisi vi nius verbi otio: & incredibile videatur, propter tale aliquid quenquam pati debere supplicia grauiora omnibus pœnis huius vitæ: tertia, quia probabilior sententia sit, pœnas Purgatorij pauplatis remitti: ideo illas, quæ sunt pro finem, esse adeo remissas, vt amplius remitti non possint.

VIII. Verum alios plerosque omnes in oppositum contendit video. Rubeum: Pœna causatur duplicitate: ex absentiâ a boni amati, & ex presentia mali oditi: & utroque modo pœna Purgatorij maior est qualibet pœna temporali. Primo modo, nam anima Purgatorij, quia motus earum non retardatur mole corporis, vehementissime desiderant cum Deo perfecta fructuione coniungi: ideo ex hisus coniunctionis absentia vehementissime affligitur, maxime quam tempus fortasse videant aduenire, quo cum Deo perfecte essent coniuncti. Si dum erant in corporib. pœnam suis peccatis debitam perjulissent. Secundo modo quia pœna non est tantum lazo, sed lazonis apprehensio, vel ex tali apprehensione causata. Quatenus est lazo, Purgatorij pœna est grauior qualibet huius mundi pœna: cum ignis ibi affligens animas, magis si actiuus igne nostro, qui tamen inter alia elementa maxime est afflictivus. Quatenus vero est lazonis apprehensio, sive ex tali apprehensione causata, similiter Purgatorij pœna est grauior qualibet huius mundi pœna: nam hoc modo tanto ceteris paribus pœna est maior, quanto apprehensio lazonis efficitur: sed animæ in Purgatorio fortioris sunt apprehensionis, quam dum erant in corporibus.

IX. Quintam oppositos Bellarmiinus habet Iesuitas. Nam Grégorius de Valentia punto 3 pronuntiat has pœnas acerbissimas esse, & ita quidem, vt longe superent omnes pœnas, quæ tolerari possent in hac vita: neque eo solum, quod pœna damni sit maxima omnium, quæ vel in hac vita, vel in altera sustineri possint sed etiam, quia quæcumque pœna Purgatorii, quam votant sensus, grauior sit quoque cruciatus pœna in hac vita. Propterea, neq. assentior, inquit, Bonaventura. Peltanus etiā c. 11. & eandem sententiam amplectitur, & opposita Bellarmiire refutat argumenta.

X. Vnde sit pœna sensus, & quatas, iudicis ab igne: sed non semper eodem sensu, bellarmiinus? Certum est, in Purgatorio, sicut etiam in inferno esse pœnam ignis, sive iste ignis accipitur propriè, sive metaphorice. & sive significet pœnam sensus, sive damni. Modello, ne variis praedicare videatur lententis, quas dicit ex Paludano ad 11. dist. 4. Tertia conclusio est, quo ad instrumentum quo purgantur: quis secundum legem communem est ignis, & ille identiter specie qui torquet damnatos. Grégorius: Sicut in eodem igne aurum rutilat, palea sumat: ita sub eodem igne peccator cruciatur & electus purgatur. Ut in a. preter pœnam ignis, ibi pariantur aliam sicut damnati, de quib. dicitur in Job, Transibunt ab aquis niuibus ad calorem niuibus, incertum est: tamen dicitur in Psalmo, Transiūmus per ignem & aquam, & educti in refrigerium. Vbi autem purgantur in hoc mundo, tunc speciali, non semper igne, sed vel glacie, vel aliter, quomodo De placet, purgantur sed omnis pœna eorum ignis vocatur: quod est afflictiva, & cum hoc purgatoria. Bellarm. c. 6. lib. 2. Theologis ferè omnes docent, eodem loco esse, & eodem igne torqueri damnatos, & animas Purgatorij. Forte, inquam: sed non nisi igne negabit tuus ille Beda, fretus sibi compertiis apparitionibus: è quibus vnam habes, libr. 5. hist. c. 13. Denenim quæ ad vallum mœtis latitudinis ac profunditatis, infinita a. longitudinis, quæ ad leviam nobis sit a. unum latius flammis ferentibus niuum terrible, alterum ferent grandine ac frigore niuum omnia perflante atq. vorrente, non minus intolerabile presserbat. Vtrumq. a. erat animabus hominum plenum, quæ vicissim hinc inde videbantur quoq. tempestatis impetu iactari. Et hæc vallis postea declaratur esse animarum quæ purgarentur. Negabit fortecan Peltanus, c. 6. Sive id ignis sit, ut communiter creditur, sive aqua, sive aliud quodcumque elementum, aut ex elementis concretum.

XI. A quo infligatur pœna, quæcumque fuit. Rubeus, Pœna Purgatorij animabus infusa: potest intelligi tripliciter. Vel ministerio bonorum Angelorum: & sic negatur: nam non deceat bonos Angelos, qui in vita auxilio fuerunt animabus, ut liberarentur ab huiusmodi pœnis, in Purgatorio postea eis infligere, & animas torquere. Vel ministerio malorum Angelorum: & sic pariter negatur: nam non deceat enim, qui de aliquo iuste triump hanuit, postea puniri per ipsum: sed ani-

ms., quæ sunt in Purgatorio, iustitia adherendo, malos Angelos vicerunt: ergo non est conueniens, quod postea puniantur ministerio eorum. *Vel deniq; sola iustitia diuina, ignem Purgatorium, sicut instrumentum applicante ad punitionem eorum: & sic conceditur: nam cum anima in Purgatorio puniantur, & non puniantur ministerio Angelorum, nec de nonum, consequitur ut sola iustitia diuina applicante ignem, pse vere puniantur.* En tibi vere monasticam determinacionem. Nam quid est, Angelos non decere id operationis, & tamen Deum non dedecet? Et quidem vide causam: quia illi auxilio fuerunt animabus in vita. Quid autem Deus, inquam? Nihilne illis ab eo auxiliis?

XI. Sed Bellarminus, capite 1, de Angelis bonis non querit: de Daemonibus in utramque partem sustinet: *Res e#, inquit, omnino incerta.* Non torqueri a Daemonibus, aut Angelis, sed a solo igne, docere Scholasticos: sed contra a daemonibus torqueri, docere multas reuelationes: *Maneat igitur, inquit, & hoc inter secreta, qua suo tempore nobis aperientur.* Itane, Bellarmino, fidem derogari reuelationi. Vide quid agas. Rationem reddunt tui scholastici, fateor: sed reuelatio est *ωλφια* quædam, quæ non potest esse non vera. Itaque, vna illa proculdubio tui Furfæ, si non esser fabula, infinitis tuorum Scholasticorum ratiunculis erat preferranda: quomodo vnius Magellani nauigatio, certius definita de Antipodibus quaestionem, quam omnium negantum argumentationes. Mitto Historicorum *προσλογια*, atque inde Sermontiarum *προσλογια*.

XII. Huius porto catinacina locum, et si antea monuerimus assignari speluncis subterraneis, caue tamen putes in tanta fertilitate humanarum curiositatium, nihil fuisse variatum. Peltanus, capite sexto: *Et si ostendi possit, communem Purgatori locum subterraneum, tartareisque ergastulis finissimum esse, hoc tamen non est de fide.* Paludanus: *Secunda conclusio est de Purgatorio, quoad locum, qui est duplex: unus secundum specialem dispositionem: & hic non est determinatus: sed vel ubi peccauerunt, vel alibi vobis apparent in assumptionis corporib; secundum quod expedit, vel viuis ad ascensionem, vel ipsis mortuis ad secessorum petitionem.* Alius locus est secundum legem communem: & iste creditur esse in inferno, circa centrum terræ, superior tamen in inferno dannatorum. Et ramen Furfæ ille apud Bedam, Purgatoriæ *προσλογια* (si vt miranda canunt, sic & credenda poetæ) totos infertos expertus est in aere. Quanquæ hinc opponi possit Patricij antrum famosissimum in Hibernia: & spiracula illa, tum æthra montis in Sicilia, tum aliorum nonnullorum in Indiis Occidentalibus, quorum Hispanos testes habemus, nihil non deierantes, veras esse Purgatoriæ caminos.

XIV. Omnes hic positas animas, extra sortem esse peccandi: tanto enim potius gloria desiderio flagrare, ut nolint sponte committere, quod ab illa quo modo temerari possit eas: maxime, quem caro interior, mundus relietus sit, maligni etiam spiritus arceantur. Sic disputante aduersus Lutherum Roffensi. Sed esse rutius extra statum merendi, quia post mortem nullus fit operibus locus.

XV. Est tamen omnes suæ futuræ salutis certissimas: tum quia iudicatae sint, ac proinde suam audierint sententiam; tum quia verisimile est, et que suum statum nosse ad damnatos: tum denique, quia Angeli frequentes adhuc hortantes, confortantes, animantes ad patientiam & constantiam videoque laetus certitudinem frequentier inculcantes, si non fallit Roffensis philosophatio. Sed forte non fallit: assentientur enim Alfonsus de Castro, & Bellarminus, & Peltanus. Contradicentes tamen Bellarminus obseruat: Carthusianum, quibusdam visionibus turbatum; item Michael Bayum, libri secundi de meritis operum cap. octauo. Quanquam in Bayo potest obiter suam diligentiam cogitare. Non enim Bayus, ut probet peccatum veniale meriti ex sua natura mortem, argumentatur, a hioquin animas in Purgatorio certas esse de sua salute: quod absurdum videatur. Non, inquam, Bayus, nominat animas in Purgatorio: sed animas exentes è vita. Audi verba, *Si sola criminis sua natura, a regno cœlorum excluderent, tunc omnes Sancti, qui de hac vita sine crimine exerent, cum certissima salute sp̄e demigrarent, etiam manente illa sententia, quod quicunque rotam legem seruauerit, offendere autem in uno factus est omnium reus.* Ut ne minim mirum esse debeat, in nostris libris s̄pē à candore discedere Sophistam, quum in suorum scriptis, tam se perfunctorie gerat. Sed poterat ex eodem citare, quæ statim sequuntur, *Huic sententia consonum esse videtur, quod pro defunctis, qui sine criminibus exierunt orat Ecclesia.* Ne absorbeat eas Tartarus, ne cadant in obscurum: quia absurdum esse videtur apud iūtum iudicem pro re pœnam deprecari, quæ scitur illi, iusto Dei iudicio, non posse irrogari. Vnde constare potest, non unum Carthusianum, aut alterum Bayum: sed universam Ecclesiam apisticam persuasam fuisse, non esse certissimam spem salutis animabus in Purgatorio.

XVI. Ab hoc infausto loco animas eudere, sive, ut loqui amant, euolare in cœlum. Sed quando? Post diem resurrectionis, respondit Origenes: led manifesto errore. Intra decem annos ab ingressu, maluit Dominicus à Soto: sed repugnatibus quibusdam visionibus, apud Bedam; quæ docent omnes quidem saluandas in die iudicij; sed aliquas tamen adiutas orationibus, eleemosynisque viuentium, maxime vero altaris sacrificio ante eum diem liberari: repugnare item confuetudinem annueriariorum pro defunctis, euan poit centum annos. Quid ergo *Res est certissima, exclamat ecclasticus claraminus, & non nisi temere definiri potest.* Miro entusiasmatu: cuius y.s, opinor, omanem indulgentiarum materiam excusit è cerebro. Nam nisi aliquid certo definitur, proculdubio oannes illæ indulgentiaræ annorum, & dierum putations, erunt circulares.

XVII. Vnum supererat ut quæram. An sit hæc exacta receptaculorum ratio: an vero, ut Hispanis in Orbe nouo, noui semper aliquid inuenitur: sic in inferis aliquis lateat adhuc angulus, noui cupiam Adelantado reseruatus. Magna quæstio, teste Bellarmino capite septimo libri secundi. Quia ex una parte omnes Theologi docent, non esse alia receptacula præter quatuor enumerata: & Concilium Florentinum definit, animas quæ nihil purgandum habent, moxire in cœlum. Ex altera parte apud Bedam visio est valde probabilis: cuique fidem ipse non dubitaverit habere. In ea visione, cuidam animæ paulo post redditum in corpus (ita enim oportebat), quis enim tam mirabilem visionem enarrasset Bedæ? ei, inquit in animæ, non aurito sed oculato teste fuisse ostensum preter infernum, & purgatorium, regnumque cœlorum, quoddam, quæ-

pratum florentissimum, lucidissimum, odoratum, amoenum, in quo degent animæ, quæ nihil patiebantur, nondum tamen erant aloneæ visioni beatæ. Neque visio, emunctissimæ naris homini, & harum rerum sagacissimo, Bellarmino, visa est improbabilis. Tantum, ne locorum multiplicatas importuna eset, definit eis modi pratum in Purgatorio esse, saltet propter pœnam damni. Quasi propterea pauciores sint loci, quia distributi ingeniosius.

XVIII. Sed, quid ad me: dummodo Beda primo cognitum, & Bellarmino solo post multa secula persuasum? Semper enim inde constabit nondum fuisse nouum orbem Inferorum totum lustratum: & iis quorum in hac parte exercebitur industria, superesse adhuc illud soleme, *πεδία θεού διάδοξοι καὶ θριάδεις, πηλὸι αἰδίοι, ἡ σκοτία τοντούς μετρός.* Quanquam videtur Bellarminus, non radio vsus in assignanda hac regione. Nam *αὐτονόμος ille apud Bedam manifeste inter hoc pratum: quanquam is non pratum dicit, sed campum latissimum ac letissimum:* & quidem, ut minus mirere Semiramis hortos pensiles, ad summum murum permaximi: cuius neque longitudini hinc vel inde, neque altitudini ullus esse terminus videbatur: inter hoc inquam, pratum & Purgatorium, medium constitutum infernum damnatorum.

XIX. Hæc sunt Purgatoriæ magna mysteria: quæ Catholici disturbant omnia, uno imperu: negantes, in Theologia magis esse Purgatorium quæ in orbe terrarum. Pygmæorum patriam, aut Monophthalmorum, aut Acephalorum, Cynocephalorumque, quæ monstra à poetis excogitata transflueret quidam in suas Cosmographias: quomodo somniatum Monachis Purgatoriæ in schoias Theologi.

CAP II.

An sit expressum in Scripturis Purgatoriæ.

I. Disputaturi de Purgatorio Papista, statim initio discedunt in diuersa. Peltanus, capite sexto: *Quod huicmodi animarum Purgatoriæ post vita huius cursus alicubi existat, vbiunque tandem exstat: id non est nouum, & vanum Monachorum commentum, sed verissimum & indubitateissimum sacratissima fidei nostra decretum, non ex univerralis Ecclesiæ definitione solennique ac constanti eiusdem professione, nec non vanum Sanctorum Patrum doctrina solum manifestum, sed in ipsa quoque diuina ac Canonica Scriptura, non uno in loco expresse traditum.* Absimus hoc fidei dogma, non quous modo in sacris diuinis literis traditum extare, sed expresse. Siquidem non omnia, quæ in Ecclesiæ Dei creduntur, predicantur, eadem tunc, & evidenter in Scripturis trāduntur, vel explicantur: sed alia maiori, alia minori. Quadam namque creduntur, & predicantur, que secundum se absolute, circa ullum omnino discutuntur, in illis & ex illis sunt manifesta: alia rursum creduntur & predicantur que secundum se in Scripturis, non existant clare & discrete definita, precepta, ac tradita: colliguntur tamen clare, & discrete, hoc est, evidenter & necessaria consequence ex illis, que secundum se clare & discrete hic existant definita, precepta, vel tradita. Nonnulla tandem creduntur & predicantur, quæ in Scripturis, vel ex Scripturis secundum se non sunt evidencia, neque ex evidentiis secundum se necessaria collectione inferuntur, sed tantum probabili.

II. Clara Peltani sententia: *Purgatoriæ in eis non esse, quæ sola traditione non scripta constent, id est, nulla præcedente necessaria causa ex Scripturis educta sint: sed omnino traditionem esse Scriptam.* Et quidem primi ordinis, id est, non argumentandi subtilitate erutam ex antecedentibus necessariis: sed ipsam disserere, expresseque assertam: quomodo discrete, expresseque assertas habemus unum Deum: & humanam animam immortalem: & Filium Dei natum ex Virgine, circuncisum, baptizatum, mortuum, suscitatum, in cœlum assumptum: his enim ille exemplis ad hancem vtitur. Peltani confidentia par confidentia est Sylvester de Lanal, qui se quidam in locos Scripturæ iactat enumerare posse, qua claros, qua obscuros: idque absque vlla hyperbole, & Deo teste: quanquam, ex tanto numero, sex tantum protulerit in medium, nulla redita tauta in tanta abundantia *μηρόλογια* causa.

III. At Iulius Cæsar Bulengerus, quum Mornæus obiiceret Petionii apophthegma: *Nullum se scire Scripturæ locum ad probandum Purgatoriæ: adiecit, difficile esse dari aliquem texum expessum & clarum: seque eam ob causam hæsis locis iis, quos Patres Purgatorio applicant, ut ostenderet non esse hanc partem nouam, sed fuisse in primitiva Ecclesia: Nam si rationibus, inquit, agatur de horum locorum interpretatione annus abiret totus, & tandem res maneres indefinitæ.* Quinetiam Sonnius interroganti discipulo, an loci ex Mattiæ quinto, Luce duodecimo prioris ad Corinthiæ tertio, qui tamen solent in discretissimis numeris reuera demonstrant esse locum, & iguem quibus probet, & paniat Deus animas iustorum post hanc vitam: responderet. Per se quidem non demonstrant: non enim loquuntur claro sermone de statu animarum post hanc vitam: & aliam apud nonnullos Patres recipiunt interpretationem. Roffensis haud dissimiliter ad artic. 37. tum alias valde hæsitanter, & incerte responderet Lutero, tum discrete: *Vides igitur quantum conuictas, ut huius veritatis credenda ratio, probatioque non de sit in Scripturis: quanquam fortasse, in aliis Scripturam, quæ roteruentem adiungat, ut rem velit nolit confiteatur, in promptu non sit aduocere: sed potest: si nibilominus illuc aliqua, tame si diligissimos hættenus inquisitores ipsa latuerit.*

IV. His celibus, Peltani confidentiam nimiam fuisse facile constabit. Nam si tam discrete, expresse Purgatoriæ est in Scripturis, quam Dei unitas, quam mundi creatio: qui cogitari potest negantes Purgatoriæ, saltem negantes in Scripturis tradi, non posse conuinci? Nunquam ego quidem haenam audiui, quenquam tum alienum à mente, ut negauerit posse potentissime confutari a Scripturis, eos qui etiam desperata animositate disputent, non fuisse creatum mundum. Poterunt quidem non persuaderi fuisse, ipsam videlicet Scripturæ autoritatem pronibili habentes: sed non posse conuinci, ab insidem Scripturis doceri mundum creatum; hoc vero omnem superat *μηρόλογια*.

V. Quid quod Roffensis art. 18. ignorationem indulgentiarum arcessitab

igno-

ignoracione Purgatoriij? Quandiu nulla fuerat de Purgatorio cura, nemoque fuit indulgentias. Et post: Contemplantes igitur aliquandiu Purgatorium in cognitum fuisse, deinde quibusdam pedentem, partim ex reuelationib; partim ex Scripturis, fuisse creditum, atq; ita tandem generatim eius fidem ab orthodoxa Ecclesia fuisse receptissimam, facillime rationem aliquam indulgentiarum intelligimus. Videturne cuiquam verisimile, rem Scripturis testatissimam, & que cum Deitatis unitate, mundi creatione, Christi nativitate, fuisse tam ab initio ignotam Ecclesiae.

VI. Sed haec praejudicia sunt: quorum quantum sit momentum res ipsa probat deinceps. Num praejudico, vix esse aliud ullum controueriarum caput, in quo tam amplum suæ industriae dederit experimentum Sophistæ, in Scripturis citandis, interpretandis, torquendis. Perturerunt omnes à capite ad calcem, & nullam pene pagellam omiserunt, vnde non aliquid corraserint, qua piece, quo pretio: quo si non doceant, saltem onearent: si non conuincant, saitem fatigent aduersarios. Sic est ingenium, quum iudicio destituuntur, valent impetu: quum veritate non possunt, pugnant numero.

VII. In tantū locorum, tum rationum farragine digerenda, hoc utrōq; ordine: ut p̄m̄ loco sit personarum diuersitas: secundo purgatio animæ tertio p̄cē: quarto liberatio: quinto Suffragia, sexto rationum argutiae: septimo testimonia varia.

C A P. III.

De personarum diuersitate.

I. Personarum diuersitate hæc erunt argumenta. Primum, ex ad
Philippens. 2. Ut in nomine Iesu, omne genu flectatur, cœlestium & ter-
restrium, & infernorum. Apocal. Audiri omnem creaturam, qua est in celo su-
per terram, & infra terram, dicentem, Sedenti in throno, & Agno, benedictio, &
honor, & potestas in secula seculorum.

II. Ex his, inquit Sosius, rationabili arguento licet colligere sub-
tus terram quosdam genua flectere in nomine Iesu, spem habentes in eo;
& pietate quadam animi tribuere sedenti super throno & agno benedi-
ctionem, honorem, gloriam, potestatem. Quærunt ergo, hi quinam sint.
Velenim damnatos esse, vel Patres in Limbo, vel animas in Purgatorio.
At non damnatos. Neque enim illi, inquit Pelanus diuinæ maiestati
bene quandoque precantur aut voluntatis genua eidem incurvant. Psal.
6. In inferno quis confitebitur tibi? Psalm. 114. Non mortui laudabunt te Do-
mino, neque omnes qui descendunt in infernum. Nec vero Patres in Limbo.
Nam Limbus iam exhaustus erat, inquit Thyræus, quando hæc Aposto-
li dicebant. Illigitur sunt, qui in purgatorio loco concluduntur, qui vo-
luntatis genua Domino incurvant, & ut filij parentis disciplinam pie susci-
piunt.

III. Videbatur in hoc argomento futura spes non parua itaque non ab uno aliquo citabatur: sed certatim à Peltano, Feuardentio, Sonnio, Panigarolla, Slotano, Thyræo. Sed propter infortunium difflauit, dissipauit Bellarminus, extremo 8. primi, *Vt nuntiatur nostris hoc loco*, inquit, *sed tamen non videtur multum urgere*. Et apud Paulum, per inferos, non improbabiliter accipi dæmones. In Apocalypsi, per eos qui sub terra, Patres in Limbo. Ille viderit.

IV. Nos multa notamus. Primum, enumerationem non esse sufficientem, nisi ipsi sibi contradicant. Constituant enim puerorum Limbos infra terram: quorum tamen hic nullam rationem habent. Secundo, ostendo ex ipsorum confessione, eos qui sub terra, non esse necessario animas in Purgatorio: ratio certa, quia negauit Peltatus hoc ipsum, nempe, purgari infra terram, esse de fide. At qui si hi loci pro certo agerent de Purgatorio; necessario sequeretur, esse articulum fidei; quandoquidem in Scripturis diserte assereretur. Cur non enim, æque ac lesuitæ numerant in articulis fidei, Canis Tobiae caudam.

V. Præterea τὸς καρκίνοις, in Paulo longe aliter Veteres sunt interpretati. Chryfostomus τὸν ἵππον εργάζεται. Εἰπεῖν εἴη καθαρός οὐτούτος εὔστοις πᾶς, Εἰ γένελος, Εἰ ἀρθρωτός, Καὶ διάμορφος. Οὐ τούτοις εἰ διάρροια, οὐ δύστη, παῖς οὐ μετροπλόδη, οὐ πεντεγάδηστος εἰ μολυσθόντα. Quid est, caelatum, terrarium, & subterraneorum? Hoc est mundus universus, tum Angelum tum homines tum demones: vel, quia tum iusti, tum vini, tum peccatores, tum omnes lingua constitetur. Occumenius addit: Εἰ τὸ δεκαποντα επίτιτλον διόφετο, διάκυνθος ἐπὶ ἀνθρώποις τὸ δεκαποντα επίτιτλον, οὐτε αἱ κατατάξεις καθίστανται. Etenim demones etiam agnoverunt: præterea dixerunt, Non inuerte, qui sis: nempe Sanctus ille Dei agnoscens, quem tanquam iudex federit, Theophil. Hoc est orbis terrarum uniuersus: angeli insuper & mortales ipsi & demones, huc ipsum submissis genibus venerabundi adorent. V. Iusti ipsi, & peccatores idem factentur. Nam, & demones eundem sunt cognituri, & iniuti coercebuntur: nec veritatem amplius impugnabunt: tametsi ante tempus istiusmodi fatentur. Non inuerte, qui sis.

VI. Et qui Hieronymi nomen obtinet Infernorum, hic infernorum custodes inducit. Sedulus Infernorū Angelorū, qui presunt infernalib. locis. Anteimus, Et infernorum, id est, demonum, qui & ipsi tremunt sub eius imperio, & penitus sub ieiunantur. Post, Cœlestia & terrestria, id est, beati Angelis & sancti homines, omni affectu pia humilitatis Christo se libenter subiecti. Inferna quoque, id est, demones, ut nequissimi serui tremunt sub eius dominio, & se subiectos meru cogente tentantur. Sed & praui homines vel in fine subiectos se ei animaduertent. Haimo, Omne genu fleatur, id est, omnia genera hominum subiecta sunt ei. Cœlestium, id est Angelicarum virtutum, terrestrium, id est, hominum, & creaturarum & infernorum, id est, demonum & animarum qua in inferno habitant. Lyranus: Vi omnes exhibeant ei reuerentiam, Angeli, homines, & demones: Lombardus, Vi imperio eius subiecti fateantur Angeli, & homines demones. Neque Thomas it contra. Denique, nemo penitus est Veterum, qui hæc Pauli verba de Purgatorio docuerit intelligenda: & vero ne vnum quidem proferte quisquam Papistarum potuit.

VII. Illud Apocalypses, Andreas Cæsariensis vniuersaliter interpretatur: in multis quod est de mortuis, et de vivis, et de regnante, et de regnato, et de mortuis omnibus, quod est de mortuis, et de vivis, et de regnante, et de regnato, et de mortuis omnibus.

*ibidem: Ab omnium, tum intellectuum, tam sensuum, tum vincentium, tum sim-
pliciter existentiam, naturalibus vocibus Deus laudatur; tanquam omnium
creator, eiusque unigenitus, ac consubstantialis Filius. Consentit Aeratus. Ru-
pertus similiter, Creaturae ceterae, quia in celo, & quae super terram, & quae sub-
terra, & quae in ea sunt, Sol, Luna, & Stella, aquae quae super celos sunt, & ceterae
omnes, quas in laudando Dominum Psalmista excitat. Nec non Lyranus. O-
mnes creature, & irrationalis & vita carentes, dicuntur laudare Christum, in
quantum sunt materia & occasio laudandi ipsum: quia intellectuales creature
per eas ascendunt ad cognoscendum Deum, & per consequens ad ipsum laudan-
dum & glorificandum.*

VIII. Primasius, & Haimo, & Ansbertus, ambiguitate constructione decepti sunt: non enim legunt ut reliqui, audiuisse Ioannem omnem creaturam in celo, super terram, sub terra dicentem: sed connectunt pterecedentibus: *Dignus est Agnus accipere virtutem, & diuinias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam & benedictionem, ed & omnem creaturam qua in celo est.* Itaque comparant precedenti loco ex ad Philosophes: Haimo: *Vt videlicet ipsa humanitas omnia possideat in celo, id est, in Angelis, in terra, in hominibus, sub terra in inferno, & in mari, & quae sunt in ea.* Hoc est quod ipse Dominus resurgens a mortuis dixit: *Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra.* Et Apostolus: *In nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum.* Ansbertus: *Iam vero quod sequitur, & omnem creaturam, quia in celo est, & super terram & sub terra soli capiti principali conuenire probatur: ut videlicet ipsa humanitas assumptio in Dei verbo Angelis praelata; dominetur in celo, predicata regnans dominetur & in terra: que solus est gemitis inferorum, preualens, dominata doceatur & sub terra.* Huic sensui Paulus concinit, ditens, *In nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium terrestrium, & infernorum.*

IX. Seorsim ab omnia. Ambrosius, mortuos dicit. Per creaturam quia in celo erat, Angelus per eam vero, qua in terra homines: per eam autem quia erat jubitus terram. iij qui iam debitum mortis soluerant, designantur. Sicut etiam Theodoretus, &c. in v. 8. ac Pauli, terrestres, aiebat, homines, qui adhuc vivunt: et aeterno bono autem, hoc est, eos qui sunt sub terris, illos qui sunt mortui.

X. Denique, soli omnium interprætum Papistæ, & quidem his postremis seculis, Purgatorium hoc loco sibi videti vissi sunt, ut Peterius, qui sub terra, inquit, *Sunt anima iustorum hominum, ad tempus in Purgatorio detentæ expiationis gratia, que cum Dei cognitionem & amorem habeant, & sperarent cito eum videre, procul dubio ipsum iudicant.* Quanquam nec auctus alios excludere: *Sunt præterea sub terra, & inferno, Demones, & anima damnata hominum.*

VI. Ex his omnibus manifesta Papistatum vanitas, peccantium, tum enumeratione aduersum se, ut dixi, rum assumptione, bis. Primo, quia negligentia posse Patres in Limbo: de quibus tamen videntur loquuti Primasius, & Ansbertus. Nec visum absurdum Bellarmino: qui, *et si*, inquit, quando Ioannes haec scripsit, Patres exierant ex Limbo, non tamen exierant do tempore de quo loquitur: loquitur enim de tempore, quod præcessit Christi mortem. Veruntamen, nos quidem assentimur non posse Limbos intelligi: qui qui Limbos omnino æque cum Purgatorio in fabulis ponimus.

XII. Sed de damnatis, cur negant assumentes, quod hi tamen omnes
Patres volunt, ut Bellarminum & Pererium missos faciam? Nam quod ne-
gant illos fletere genu, iidem constanter assertunt. Tum autem Thomas
in 2. ad Philippens. Dicendum est, quod est duplex subiectio: una voluntaria, &
alia inuoluntaria: & est futurum, quod omnes Angeli Sancti Christo subiiciantur
voluntarie, sed Demones & damnati non sic: sed inuoluntarie subiiciuntur.
Pererius in Apocalypsi. Dicuntur autem Demones laudare Deum, non
quia id faciant, sicut voluntarie: sed tum, quia agnoscunt, Deum esse dignissi-
mum laudari: & honorari ab omnibus: tum etiam, quia se coguntur Dei laudes
coram hominibus esse confitei, pro die illa.

XIII. Sed opponunt, mortuos non laudare Dominum; in inferno neminem confiteri Deo. O stupidi disputationes! Vestri ergo siue purgandi, siue purgati, qui sunt? Vbi sunt? Mortuine, an vivi? apud superos, an apud inferos? Et nondum sentitis disputationis vestrae stupiditatem? Et nondum pudet recordia? Nam quod de damnatis solis interpretamini, quo iure facitis? Certe, Psal. 6. Propheta deprecatur mortem corporis: ideo hunc ipsum versum Ianuenius explicauit in hunc modum: *Ita; ne, Domine, ne immatura me morte eripias; sed sanitati restitu, ut tuam apud homines potentias bonitatem, ac veritatem depredicare valeam.* Etecum ab ipso statim initio, non admodum obscure, modo se afflictum descripsit: quod etsi negret Belarminus, tamen agnoscit Genebrardus, agnoscit Osorius, & alij, teste Lortino. Ille autem refutat valde obiter. Imo non refutat, sed Iudeos duntur, opinantes huius morbi causam fuisse peccatum illud cum Bethsabea: quanquam viderit ille quos Iudeos dicant: nam in iis neque Iarchi villo est loco, neque Kimichi, quanuis morbum dicant. Imo posterior non haeret morbo Dauidis: sed formylam generalem esse preceandi in morbo: **לְשׁוֹן כָּל אָדָם חַמֹּזָה בְּחֶדֶם וְאַפְשָׁר גַּסְכָּה שְׁנָאמָר עַל**: *Festasse promuntratus est Psalmus, de quolibet homine, quem morbus attruerit. Solus quem videtur, Ianuenius, eam causam expressit, & plerosq; dixit opinatos: quorum*

XIV: Alii morbum tacent: & generalius afflictionem malunt. Lorinus: *Plures conueniunt, sermonem esse de graui afflictione, quam ut David auerteret, prolixo sifp ollicitus paenitentiam, citatque autores; Nicolaum Treuer, Ca- ietanum, Valentiam, Theodorum Antiochensem, Lytanum. Mollerus, vel cladem, vel afflictionem dixit. Calinus, grauis autor: Qualem fuerit casti- gationis genus, incertum est. Nam, qui restringunt ad morbum, rationem cur ita sentiant, satis firmam non adducunt. Quāquam autem ex verbis elicimus, Dauidem in ultimo discrimine versatum esse fieri tamen potest, ut alio afflictionis genere, quam corporis morbo laborauerit. Quare sumamus quod certius est, de- ra aliqua clade fuisse percessum, vel inflictam fuisse paenam, qua mortis tenebras ambiage eius oculis offendere.*

XV. Et tamen, quid in eo laborare necesse est? Negant n. Interpretes, etiam Papistæ, absolute negari confessionem in inferis: sed ~~non~~ non. Lorinus, unde hinc milii statim: *Non est ex mortuis illus, ut apud viventes agat memoriam tuum: non in Inferno sepulcrove, qui celebrare apud mortales nomen tuum possit.* Iansenus similiter: *Non est inter mortuos quisquam, qui memoriam tuum agat apud viventes. Quis existens in inferno, ante sepulcro inter mortuos*

*Sanctissimum novum tuum celebrari poterit apud mortales? Idem Caluino visum:
Intelligit si fuerit eius gratia à morte seruatus. gratum je ac memorem fore. Deplorat autem hanc sibi facultatem erexitur iri si fuerit in medio sublatus, quia amplius non verisabatur inter homines, ut Dei nouum celebret. Porro hinc perpetuans & inscite quidam colligunt mortuos carere omni sensu, nec ullum in ipsis vigeret: quia non nisi de mutua gratia Dei prædicatione agitur, in qua se viui homines excent.*

XVI. Magna pars Interpretum Veterum vitem salutaremque confessionem intelligunt, Augustin. Intelligit quoque nunc esse tempus conversionis: quia cum ista vita transierit, non restat nisi retributio meritorum. Theodoret. Ego precor, ut in presenti curatione fruar, quoniam noui eos, qui ab hac vita discesserunt cum ulceribus, nullam denicps medicinam consequenturos, quum nullus amplius sit paenitentia locus. Arnobius: In inferno confessio fructum penitus non habet. Hanc confessionem Papistæ meritoriam dicunt.

XVII. Plana iam res est; & manifesta obiectio nis absurditas. Nam uniuscim sae et auantum est, non esse inter mortuos, qui confiteantur: non autem inter damnatos solos: etenim ne Purgatoriani quidem aut confitentur inter viuentes, aut confitentur ad meritum. Itaque, non poterunt significari verbis Pauli, aut Ioannis: vnde necesse est, non euinci iis verbis Purgatorium. Quod si ab ea confessio ne placet discedere, ut aliquo saltrem modo confessio lumatur: quid est, cur non deferant noui Sophistæ veteribus Theologis, assidentibus: & damnatos, & dæmonas ipsos confiteri: ac proinde significari potuisse apud Paulum & Ioannem.

XVIII. Ritus alterius. Hæc Pauli, Ioannisque enumeratio omnes creaturas complectitur: ut sensus sit, quicquid creatum est, subiici Christo, cumque laudare. Nimirum, sicut in lege prohibetur fieri similitudo, cuiusquam rei: his verbis, Exodi secundo, *Non facies tibi sculptile, neque ullam similitudinem eorum qua in caelo fuerint, neque eorum qua in terra deorsum, neque eorum qua in aqua sub terra.* Vbi tamen non homines diuiduntur in varias aut classes, aut genera, sed creatura. Et sic Andreas atque Aretas expulerunt illa Apocalypsis verba. Et certe aliter, quorsam pars illa, *Et in mari, et quia in eis?* Nam homines quinam illi sunt, qui in mari? Sed & Pauli verba, in eandem mentem interpretata, nihil absurdum possunt habere. Vnde Beza, *Exsistimam quidem ego, inquit, simpliciter ista enumeratione Paulum voluisse exprimere quacunque supra mundum sunt, et in mundo Christi imperio subesse.* Itaque sicut enim pro adorare, id est deo subiici, dictum erit cetero. *Propterea omnes, de ipsis etiam quæ rationis et sensus, vel etiam vtriusque sunt experti.*

XIX. Feuardentius opponit, primo, cultum & adorationem eius quod colitur & adoratur. agnitionem præsupponere. Creaturas autem inanimes, sine mente, sine ratione, sine sensu, cuiusmodi sunt lapides, saxa, arceæ, ruderæ, protrsus nescire, Christum à Patre omni honore donatum, aut exaltatum. Illi ergo nec genua flectere, nec villam adorationis speciem deferre. Secundo, Apostolum, nomine coelestium, & terrestrium adorantium, non de rebus mutis, amentibus, aut rationis expertibus loqui, sed de Angelis ac hominibus, qui Christum agnoscunt, ac verentur. Igitur & inferorum nomine. Cur enim vita, mente, sensu que carentia, illis permisceret, aut connumeraret? Tertio, Ioannem in Apocalypsi, velut locum hunc exponentem, affirmare ad rationis capaces, & ea ventes, pertinere; quando scribit, istas subterraneas creatureas, sedenti in throno, & Agne, cantare, Benedic^{tio}, & honor, & gloria.

XX. Sed hæc sunt nihil. Primum, velum est de cultu & adoratione propriæ sumpta, quæ profecto à ratione est & voluntate: ideoque in ea cadere non potest, quæ ratione carent, & voluntate. Sed proprie sumi adoracionem, quo argumento docuit Minorita: Enim uero, sicut genua, Paulus dixit: quod proprie non nisi eorum est, qui constant corpore: & tamen patitur Monachus dici de Angelis: nimirum, ἀρπαγονού ὡς: quod notauit Beza, & insulſe ille ridet: Fallum ergo, in anima nec adorare, nec ullam species adoracionis deferre. Et sane adorationis species est confessio. At Psalm. 89. Confitebuntur Cœli mirabilia tua, Domine. Laudatio, species est adoracionis: & tamen Ps. 69. Laudent eum Cœli & terra, & maria, & omne repens in eis.

XXI. In secundo, antecedens falsum: nam cœlestia & terrestria, non tantum rationales comprehendunt creaturas, sed etiam irrationalies, quæ in eis sunt. Cur non enim, & que ac in Apocalypsi, ubi Rupertus, Solem, Lunam, Stellas: aquas nominauit supercælestes? Et Andreas Cæfariensis ratiōne, n̄ ei q̄ dñs c̄r̄d̄ s̄p̄l̄, neq̄ m̄ d̄v̄t̄ w̄ v̄t̄? Deinde etiam consequentia absurdaria: nam, si nomine cœlestium, etiam Angelis annumerantur, Sol, Luna, stellæ: Et, tū r̄ v̄t̄ oīs m̄ uī d̄n̄r̄, cur non & que nomine tū x̄ ūn̄x̄ b̄ōv̄? Connumerandia autem satis efficax causa, rei veritas: quæ efficit etiam, Psalm. 149: Angelis connumerari omne genus creaturas: Laudate Dominum in Cœlis: laudate in excelsis: laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum Sol, & Luna: Laudate eum omnes stellæ. Laudate Dominum de terra oraculae, & omnes abyssi: ignis grande, nix glacie; montes, & omnes colles, ligna fructifera, & omnes Cedri.

XXII. Tertium si verum, vicit Beza. Nam & Andreas negat, Ioannem de solis rationalibus loqui, verum etiam complecti n*on* a v*er*o, s*ed* i*n* & Ruperus, Solem, Lunam, Stellas: & Lyranus, omnes creaturas, & irrationales & vita carentes. Imo, ipse Ioannes discrete nominavit omnem creaturam m*ar*it*im* & n*on* tantum in celo, in terra, sub terra, sed etiam in mari: i*m*o n*on* i*n* a v*er*o, m*ar*ta: quacunque in i*n*s*u*s*u*. Vnde Perenius annotauit: Hoc est tertium testimonium: & praconium quod Deo & Agno exhibetur ab omni creatura etiam irrationali, quod dictum est per figuram suis frequentem in Scriptura, qua vocata Proph*et*a: per quam reb*us* etiam ratione carentib*us* oratio, & laudatio, & benedictio attributio. Per illud, qu*o*d in celo est, non intelliguntur Angeli: de illorum enim testimonio & praconio iam paulo ante dictum est: sed intelliguntur Sol, & Luna, & stelle, & fortasse etiam virtutes celorum, per quas tot & iam mai*us* effectus a celis permanant ad res solidares. Creatura super terram sunt homines, & animalia terrestria & volatilia. Per mare intelliguntur loci i*p*is, & receptaculum tant*is* molis aquarum: per illud autem, & qu*o*d sunt in mari, intelliguntur aquae in e*st* receptaculo manentes. Per illud vero, & qu*o*d in eo, intelliguntur pisces & bestia marina perpetui maris incole. Quae notanda expofitio etiam obiter aduersus Fenardentium: qui celos nota nisi Angelos &

beatos spiritus exponit: quæ vero in mati, insulare, & nautas. Sed ad rem si verum explicari Paulum a Ioanne: & verum à Ioanne comprehendig-
nus omne creaturas. Ergo verum, à Paulo non solas rationales.

XIII. Atque hactenus primum argumentum. Alterum, personae distinguunt a peccatorum varietate : ab omnibus quidem pene expressum, sed fulius & vehementius a l'anigarolla ; polliceris aucto inde se probaturum, vel Purgatorium esse, vel Deum non esse Deum : quod sine horrore nemo audiat. Primo supponit: pro mensura delicti, esse & plagarum modum: hoc est, iniustum & iniquum esse iudicem, qui pro criminis pondere maior, minorve, graviorem, vel leuiorem penam non irrigat. Post, bis ratiocinatur. Primo, singit mori tres homines: vaum qui culpa remissionem iam obtinererit, totique penae satisfecerit; alterum, qui letale peccatum commiserit, neque adhuc remissionem culpæ consequutus sit, neque satisfecerit penæ: tertium, cui culpa quidem remissa sit, sed nondum penæ satisfecerit. Primum abire in cœlum: secundum ad inferos omnino. At tertium, quoniam? Si in cœlum, iniustum esse Deum, qui eodem præmio hunc afficeret, cum primo. Si ad inferos: rufus iniustum esse Deum, tantum de eo suppli- cium sumentem, quantum de secundo. Ergo, inquit, terris est locus, in quo penæ satisfaciat. Rursus, tres alios mori: unum, sine peccato aut mortali, aut veniali: alterum cum vitroque, tertium absque mortali, sed non sine veniali. Primum ire in cœlum; secundum ad inferos. Tertium, ut prius, si in cœlum, iniustum esse Deum, idem præmium decernenterem cuius primo; si in inferos; iniustum esse Deum eodem supplicio afficiensem cum secundo. Ergo neque in cœlum, neque ad inferos, sed ad Purgatorium.

XXIV. Verum, hæc sophismata iam pridem sunt confutata. Primum, quod supponunt de plagarum modo dictum, ineptissime transfertur ad salutem: quum pertineat ad damnationem. Est enim eiusmodi loces Deuteronomij vicesimoquinto, *Si fuerit lis inter homines*, (Pagninus veritatem inter aliquos) & accesserint ad iudicium, & iudicauerint eos iusti & auerint, *inustum & impium condemnauerint*. si filius plagarum fuerit impius, ad eum interprete l'agnino, *Si quidem cadendus fuerit impius*, tunc prostrernet eum iudex, & cadere iubebit illum coram se, (ad verbum, & cedet eum coram se) secunda dura impietatem eius iuxta numerum. Vides præsupponi, non tantum iudicium, quod hic sunt ut generaliter, pro causa cognitione, quod iudicium discretionis Theologi appellant: sed etiam damnationem, per quam definitur causa. Et quidem plaga referuntur non ad eum, qui iustificatus fuerit, sed ad eum qui damnatus. Hic ergo postquam dominatus fuerit, si filius sit plagarum, id est, si statutum fuerit, ut penæ de eo sumantur, tunc id ut fiat ad numerum.

ad numerum.
XXV. Hoc igitur argumentum peccat directe contra hypothesis, sum
nostram, tum ipsorum Papistarum. nostram quidem, qui presupponi-
mus iustificatum: atque haec lex, nullas plagas imponit iustificato: sed con-
demnato. Fateor equidem in ea lege iustificationem non nominati eam
qua est per gratiam: sed quid ad nos? Nam Paulus diserte pronuntiat
iustificari, id est, iis, qui sunt in Christo, nullam esse condemnationem,
et de ceteris, p. 8 ad Rom. Vt omnino idem sit iustificationis ex gratia ef-
fectus apud Deum, qui iustificationis alterius apud homines, de quibus
haec lex loquitur.

XXVI. Contra hypothesin autem aduersariorum quia hi supponunt
in purgandis, saltem remissionem culpæ : quæ in hac lege locum nullum
habere potest. Id apertum: partim , quia non debet iudex homo, quem
ad eum contendentes accesserint, judicare ex gratia, sed ex rigore iuris, et
loquuntur: id eoque culpam reo non condonare , partim ex verbis: quæ
diserta sunt, secundum impietatem, id est, culpam: nam, γνωστό
potest significare poenam, sed ipsam culpam. At qui culpam remittit, non
potest plagas inferre secundum eam. Patet, vel ipsis conscientibus aduersariis: nam secundum mensuram culpæ mortalis poenam oppret est mortalem, quæ si est, quid superest spei, quominus detrudatur peccator in lo-
cum æternæ damnationis?

XXVII. Præterea, quæcunque singuntur de vatis morientium ordinibus, vere singuntur ex Papisticis præiudicis. Fatemur sane, eos, quib[us] culpa non sit condonanda, quique poenæ non satisfecerint, mitti in æternum ignem: sed in reliquis, primo distinguendam dicimus, poenæ satisfactionem: aliam per se, aliam per Mediatorem: & dico, neminem hominum, aut mori, aut nunquam fuisse mortuum, qui ante mortem poenæ satisfecerit per se, quas erat meritus. Neque enim fieri potest: quandoquidem ex poenæ debent esse pro mensura culpe: sic enim oportet solui poena asæternas, pro peccato saltem mortali. Quare, si verum, mitti in purgatorium omnes, qui non satisfecissent per se, cum esset necesse, omnes quibus remissa culpa esset, abiisse in purgatorium: quod tamen nolunt Papistæ.

XXVIII. Quod si satisfactionem eam dicimus, quæ sit per Mediatorem, dico, neminem, cui remissa sit culpa, nisi absque plena satisfactione penarum, quas erat meritus: nimisrum quia satisfecerit pro eo Christus factus est; & ut alias demonstratum est Si ergo verum, quicunque obtinuerit remissionem culpæ; & satisfecerit per alium peccatis meritis, hunc ire in cœlum, profecto necesse est, omnes ire ad cœlum, quibus culpas sit remissa; ac proinde Purgatorium esse merum somarium.

XXIX. Nam , quod de iustitia nugantur, facile evaneat. In iustum esse Deum , qui iatrodusat in celum aliquos , qui non satisfecerint per se suis penitentia absurdissima doctrina est , & alienissima à Christianismo; exiungens penitus omnem gratiam Dei , neque spem salutis ullam relinquens viliis peccatoribus. Tum autem refutatur facile exemplis. Nam latro ille bonus nullis laus penitentia apud Deum satisfecit , & tamen audiuit, hodie mecum eris in Paradise: Et quicunque mortui post baptismum (et hoc condonem interim Papistis) nulli satisfecerunt per se: & tamen ab ipsiis Papistis constituantur in celis. Hæc igitur exempla virginis: & quanto à Papistis: cur non sit iniustus in Paulum, nam nihil prohibet quoniamus hunc persecutorem, hunc blasphemum, fingamus mortuum , statim ac locus fuit ab Anavia: Paulum in quam, in celum receptum, etiam si per se non satisfecisset: & tamen iniustus sit admitti alium quemcunque: pro quo Christus satisfecerit, et pro Paulo.

XXX. In altero figmento nihil opus est prolixorem esse. Peccatum veniale dicitur, vel id cuius venia data sit, vel id, quod veniam sua natura meritatibus latitesceret, non prolixi.

reatur. Posterior modo, negamus quemquam mori cum peccato veniali: quia hoc ipsum veniale peccatum, fignum est in rerum natura, multo absurdius hippocentauris, & tragelaphis, ut suo loco demonstratum est. Altero modo, dicimus omnes fideles mori cum peccatis venialibus: nimirum, quia quæcumque illi peccata commiserint, ea sunt illis condonata propter Christum: sed negamus, qui moriatur, cum peccatis sic venialibus, hunc in iuste recipi in cœlum: alioquin, nemo hominum admittendus esset in cœlum, at contra, sic admissi sunt, non tantum Paulus & Iatro ille, sed omnes omnino pīj in Domino morientes.

XXXI. Tertium argumentum est, sed præcedenti simile, imo præcedentis dōmīnū a sūma verius, quam separatum argumentum, & tamen separavit Panigarella: formauit autem in hunc modum Greg. de Valentia. Si qui fideles, aut reatu pœnae temporalis, remissa peccati mortalis culpa: aut etiam culpis aliquibus venialibus obstricti, & tamen, in gratia diuina ex hac vita, quandoque difcedunt: necessario fatendum est, tempus aliquod & locum post mortem superesse, quo anima, extra ipsum cœlum, & etiam extra infernum damnatorum, ab eiusmodi reatu pœnae, & culpa veniali expientur, ut tandem ingredi possent regnum cœlorum: atque adeo esse purgatorium. Sed omnino, tales aliqui fideles, ex hac vita quandoque dicēdunt. Ergo tale purgatorium esse, fatendum est. Probatur consequentia, quoniam tales neque damnabuntur, quum sint in gratia Dei, neque statim in regnum cœlorum, absque alia expiatione admittentur: quum nihil illuc intret vila ratione coquinatum, Apocal. 21. nec sit ibi Ecclesia, iam habens aliquam maculam vel rugam: ad Ephes. 5. Probatur assumptum. Quia multi præmatura morte occupantur, ut post admissa peccata id non satis in hac vita præstare possint: multi etiam negligenter student expiatoriis operibus.

XXXII. Nihil est difficultius. Nam, obstrictus rearu culpa pœnae est dicitur, cui culpa non est remissa, aut pœna. At negamus quenquam fideliū sic mori obstrictum vila aut culpa, aut pœna: quia, ex quo fidelis est, nulla ei condemnatio est: nec potest non esse aliqua condemnatio, si sit aliquis reatus pœnae: nec potest esse reatus pœnae, si aliquis sit culpa. Itaque, nihil est periculi, ne aliquid pollutum ingredietur cœlestem Hierusalem: aut Ecclesia in cœlis constituantur, non sine macula & raga. Nam recte Maximus, serm. 45. inter sermones Ambrosij Sufficit ad innocentiam Domino credidisse. Et solenne illud est, Act. 10. Quia Deus purgauit, & mihi oī, tu ne polluere illud dico.

XXXIII. Multos præmatura morte coripi, verum; si præmaturam dicas, ut solet fieri, pro ætatis mensura: at si prædestinationis habita ratione, falsum: adeo ut si quas Deus decrevit quenquam pœnas luere temporales, nunquam futurum sit, ut eas non expleat ante obitum. Sicut alias notauius. Numirum, quia prouidentia falli non possit.

XXXIV. Sed rursus, multi negligenter student expiatoriis operibus. Imo, inquam, nulli fideles student expiatoriis operibus: id est, pœnis satisfactoriis: quia haec nulla sunt, nulla esse possunt. Tum autem, si quæ esentia hæc oportet et imposta esse diuinum: quicunque ergo ea negligenter. Dei imperio esset inobedientia: itaque, mortaliter peccaret. Qui autem mortaliter peccet, hunc aut oportet rursus obtinere culpæ remissionem, id est, abire in infinitum, aut decipi in tartara. Denique, negligenter esse suæ salutis, & tamen non excludi à salute, nouum est in Christianitate dogma. Apoc. 3. Quia tepidus es, nec frigidus, nec feruidus, futurum est ut te euomam ex ore meo. Et virgines fatuas, siue negligentia, siue somnus exclusit à nuptiis.

C A P. IV.

De Purgatione animæ.

I. Vix à purgatione animæ deducuntur argumenta, hæc sunt apud Pelicanum, ex Matth. 3. Ego, inquit, baptizo vos in aqua in poenitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est: ipse baptizabit in Spiritu Sancto & igne: Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suā, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Hunc ignem ad Purgatorium pertinere probat, primo ab testimoniis, Hieronymo in eum locum, Basilio, libri de Spiritu Sancto c. 15. Beda in tertio Lucæ. Vigor addit Origenem, hom. 11. in Hieremiam. Secundo, ex ipso contextu. Agi enim de electis, qui à paleis teguntur, repurgenturque ac repurgati in celesti horreo recondantur. Vigor addit; ipsum βαπτίζειν, esse purgare: porro Christum non baptizat esse igne.

II. Respondeo: nullum hic locum esse igni purgatorio, qualem Papistæ singunt. Nam, hic ignis quem Baptistes nominat, est vis ipsa Spiritus Sancti agentis in corda fidelium: & quidem in hac vita, Vnde Calvinus Subiectus, inquit, nomen ignis vice epitheti: transfertur enim ad Spiritum, quia fordes nostras non aliter purgat, quam aurum igni excoquirit. Quin Beza, Falso ego, aut Baptismus ipse Spiritus Sancti & ignis, qui hic promittitur, metaphorice vocatur illa missio Spiritus Sancti, qua die Pentecostes exhibita fuit Apostolis, duplice adhuc symbolo, venti uidelicet vehementis: & linguarum ignearum: illo quidem Spiritum Sanctum commodissime representante: istis vero vim illam prædicationis Euangelica, in illustrandi, & purificandi mentib[us] apostissime designavit. & collata dona illa mirifica Spiritus Sancti in eos quibus post Baptisma aqua imponebantur manus.

III. Faust maxima pars Commentatorum eritiam Papisticorum. Quorum ali juxta Spiritus significati assentit Maldonatus, Sunt qui ignem hoc loco Purgatorium interpretentur, quo homines post mortem quedammodo baptizantur, id est, à peccatorum maculis, si quas adhuc habent, abluntur. Sed dubium non est, quoniam per ignem, Spiritus Sanctus significetur. Coniunctio enim, & hic non est coniunctio, sed explicativa. Lucas Burgensis, Et ignis. Qui est ignis, seu igni similis, purgans & inflammas. Quasi diceret, effundet in vos aliunde, siue per se, siue per ea que instituit Sacra menta, Spiritum Sanctum: cuius non otiosa erit in vobis manus, verum adeo efficax, ut, instar ignis, fordes vestrorum confusus peccatorum, animarum dissipellat tenebras caritatem, quia virtutem, Deique gloriam prosequamini, ea accendat, quam afflictionum acerbitas superare queat: denique, totos in se transformet, ac sursum rapiat. Bellarminus, de Baptismo, cap. 1. paulo generalius, Quod autem additur de igne Matthæi

tertio, & Luce tertio, non significat ignem aliquem elementalem, ut scilicet priuant Iacobita: sed ignem quendam cœlestem, & diuum: nam ideo coniungitur cum Spiritu Sancto. Atqui, inquam, ignis ille Purgatorijs, neque est Spiritus Sanctus: neque est cœlestis.

IV. Sed hanc solutionem illustrabit, eius ipsius ignis applicatio in qua fateor esse varias sententias. Beza putauit innui distributione in ilam linguarum ignearum, in Actibus. Nec solus in sententia. Maldonatus, Coniunctio, & hic non est coniunctio: sed explicativa. Addit autem est explicatio, ut non qualiscumque Spiritu Sancti communicatio, sed illa illustrissima, qua die Pentecostes specie ignis facta est, significaretur. Lyranus. Et ignis: quia super baptizatos de novo, in primitiva Ecclesia frequenter apparebat, scilicet, in signo visibili: sicut apparuit super Apostolos in linguis igneis. Rubeus, Postrema est Hieronymi, ut per ignem intelligatur Spiritus Sanctus, qui super discipulos in linguis igneis apparuit: Actorum secundo, qua literalis & propria illorum verborum existit.

V. Malunt alij, vim Spiritus cooperantem Baptismo aqua. Salmero, tom. quarti tract. 6. improbata præcedente sententia: De Sacramento Baptismi illud est intelligentum, quod Spiritum Sanctum confert, qui, ut aqua prius lauit externas immunditias, hoc est, peccata manifesta: deinde, ut ignis, internas exmitit maculas: quatenus perturbationes animi ad malum solicitantes vel restrainingit, ac mitigat, vel spiritu subiect: puluerem vero peccatorum leviter tollit, ut aqua, & paleas vanitatis, ut ignis comburit, hominemque firmat ac corroborat. Qua ratione ignis, quod accipit, non relinquit, nisi per eum: ideo metallæ eius sustinent, maxime aurum, cuius pondus igne non minuitur: in quo apte Spiritus Sancti proprietates representantur, atq[ue] delineantur. Iansenius. Opponit Ioannes Spiritum Sanctum & ignem, aqua in qua baptizabat: significans Christi Baptismum tanto esse excellentiorem, puriore, efficaciorem, suo Baptismo, quanto Spiritus Sanctus excellentius est, & purior aqua sensibili, quantoq[ue] ignis aqua efficacior est. Per ignem a. hic intelligitur ipse Spiritus: rotum namq[ue] hominem immutat, fordes peccatorum exurit, tenebras fugat, & ad virtutis opera, & promouendum Dei gloriam ardentes prostris homines reddit, & inuitos. Barradas, Paucis hæc verba sic expoñit. Opponit Ioannes aqua & ignem. Dixerat, Ego baptizo vos in aqua de Christo a. Ipse, inquit, baptizabit vos Spiritu Sancto & igni: quasi dicat: ego aqua frigida, & nihil efficacitatis ad remittendam peccata habente vos abluo: at Christus, Spiritus Sanctus suus, ardente aqua, plurimumque efficacitatis habente vos baptizabit. Ipse vos baptizabit Spiritu Sancto, & igni eius de Spiritus: id est, baptizabit vos Spiritu S. qui ignis est: vel igne Spiritus Sancti, quo animi vestri, ab omni uitiorum rubigine, aforde per purgabuntur, lucem recipiente nouam, & ad praclaras opera in flammebuntur. Num in baptismio Christi Spiritus Sancti ignis semper operatur. Didacus Stella in 1. Luce: Ceterum, id quod ait Ioannes, Christum baptizaturum in Spiritu Sancto, & igne: intelligentum est, quod baptizauit per suos discipulos: nam in Euangeliio Ioannis scriptum est, quod Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. Observa autem, quod Baptisma Christi, sit in aqua, & Spiritu Sancto (ut ipse dixit Nicodemo, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto) noluit tamen Ioannes dicere in Spiritu Sancto & aqua, sed in Spiritu Sancto & igne, quia intendebat assignare differentiam sui baptismi, qui fiebat in aqua, à baptismate Christi, & excellentiam baptismi Christi: idcirco non nominauit elementum aqua in quo fiebat. Vnde ignem non sumit pro igne materiali, sed pro igne intelligent Spiritum Sanctum, qui mentem in flammat: sicq[ue] coniunctio. Et, senetur exppositum.

VI. Fuere tamen, qui hunc ignem disparatum voluerint à Spiritu. Atque ex his nonnulli afflictiones huius vita dixerunt. Quidam recentiores inquit, Toletus in 3. Luce, hunc ignem interpretantur tribulationes, & afflictiones: eas maxime, quas in Ecclesia primitiva suos fideles pati Christus permisit, quasi eos in igne baptizans. Sed ipse Toletus omnibus aliam præfert, quæ diem postremi iudicij, atque adeo ignem æternum dicit. Quasi diceret, Christi est baptizare Spiritu Sancto, & baptizare etiam igni. Baptizabit Spiritu Sancto in hoc saculo eos, qui in ipsum crediderint, quos vita anteacta male pœnituerit: malos autem & incredulos, qui suis voluerint inherere vitiis, baptizabit igne gehenna in altero saculo. Quibus verbis duos Christi aduentus, & duo eius officia indicat Ioannes: Redemptor enim est, & Index: & Redemptoris officium in priori aduentu: Iudicis vero in posteriori exercet: in illo baptizabit Spiritu Sancto venientes ad eum, qui recipentes: in posteriori male operantes aeterno panet igne. Haec ille in commentario: in annotatione autem hanc si bi omnium accommodatissimam visam esse, tum multitudine grauium Doctorum, qui in ea sunt, tum propter contextum antecedentium verborum, & sequentium.

VII. Denique, pauci omnino sunt etiam Papistarum, qui de Purgatorio explicarint. Imo, nullus omnino de Purgatorio determinate: ut non etiam aliter: & quidem ex æquo. Anselmus, Remittendo peccata in Baptismo, & postea in igne, scilicet in confirmatione. Vel designantur bac duo genera purgationum: alterum in aqua: ubi originalia & actualia condonantur per Spiritum, alterum vero, quando aliqua post Baptismum subrepti macula, quæ vel igne pœnitentia, vel allicuius mundana persecutio, vel denique igne purgatorio, si quæ leuis macula est residua, purgatur. Gorranus, id est, Spiritu Sancto, qui est ignis, Vel Spiritu Sancto in presenti, & igni Purgatorio in Inferno. Si quid post Baptismum contrahatur, Carthasianus, recitat alii expositionibus: Alij per ignem, inquit, intelligent Purgatorijs pœnam, in quo post vitam presentem lanatur, atque purgantur, qui cum reatu decedunt. Bellarm. cap. 3. de Baptismo, Poteſt autem ille ignis vel significare linguis igneis, quæ descendunt in Apostolos in die Pentecostes; vel ignem Purgatorijs: vel etiam ignem diuini iudicij: vel deniq[ue] ignem tribulationis in hac vita. Emmanuel Sa, has Interpretum sententias referit, nec ullam respuit.

VIII. Haec oportuit notari. Enimvero quid spectare potuerunt Petrus & Vigor, se confessuros in tanta, tam vehementer disputata controvèrsia, hoc tam ambiguo loco? Et quidem ita ambiguo, ut paucissimi sint iij qui Purgatorijs meminint: Nam, vt eos mittam, quos non nominauit, certe neque Thomas meminit in 3. p. Summæ; q. 66. artic. 3. sed Spiritus Sancti, tribulationis, & iudicij. Non Alphonsus de Castro, hæresi 2. de Baptismo: sed tantum Spiritus, & iudicij: non Aetchang. Rubeus, in 4. Ient. distin. 2. sed tribulationis, iudicij, linguarum ignearum: non Caietanus, commentatoris in hunc locum, sed tribulationum, & linguarum igneatum. Sic omnino necesse est rem ad paucos redire: & hos quidem incertos, neque in hanc partem certi qui cqua definiunt.

IX. Atqui, inquit, Hieronymus interpretatur de Purgatorio; & Basilius, & Beda, & Origenes. Imo, inquam, non Origenes. Attende verba ex illa in Hieremiam homilia 13. Forstis an & Iesus baptizat Spiritu Sancto & igne: non quia eundem in Spiritu Sancto aique igne baptizet, sed quo Sanctus baptizetur Spiritu Sancto: & is qui post fidem & magisterium Dei, rursum ad scelerata conuersus est, cruciatu purgetur incendijs. Beatus qui lauacrum accepit Spiritus Sancti, & ignis lauacro non indiget. Misericordia autem: & omni fletu dignus, qui post lauacrum spiritus, baptizatus est igni. Nempe: somniabat Origenes, omnes etiam sceleratissimos purgandos tandem igne illo futuri iudicij. Quid ergo mirum, hunc interpretatum de eo iudicio: quum etiam alios audierimus, qui tamen ab eo somnio absfuerunt? Atqui hic ignis iudicij non est idem ignis Purgatorij.

X. Non etiam Básilius. Testem habeo Toletum : qui primam exp ositionem assignans igni gehennæ : quo Christus iudex viuorum & mortuorum in altero seculo punit incredulos , & malos, præsertim in suo secundo aduentu, quando omnes tales igni æterno , & anima & corpore ad iudicabat : Hunc ignem, inquit, sic interpretatur Básilius, libro quinto contra Eunomium, & in Commentario in Iyam, capite quarto: Et vero hoc ipso, c. 45. βαστλειν επινεματησι αρχη πνευματικης πνευματικης της πνευματικης πνευματικης δοκιμασιαν λιγω, Ignis Baptisma dicit, explorationem in iudicio. Enim uero, quid rationis asserri queat, ut riu κειται, interpretetur in Purgatorium? Aut quo experimento docebit quisquam, eum morem fuisse Patrum? At contra Eunomium, βαστλειν Χριστον επινεματησι αρχης ιδιαν πνευματικης πνευματικης επινεματησι, της αλιστρης θεωρης πνευματικης πνευματικης, Baptizat Christus in Spiritu Sancto sanctificatione dignos. Indignos vero ad ignem dimittit: alienos à bono, malo tradens.

XI. Hieronymus supereft. Nam , Beda non est tanti . Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto , & igne . Siue , quia ignis est Spiritus Sanctus , ut Acta Apostolorum docent : quo descenente sedit quasi ignis super singulos credentium , & impletus est sermo Domini , dicentis , Ignem veni mittere super terram , & quam volo ut ardeat ? Siue quia in praesenti , Spiritu baptizamur . & in futuro , igne : Apostolo quoque huic sen tentia congruente : Vniuersusque opus quale sit , ignis probabit . Hactenus ille : Cur de Purgatorio ? An , quia baptizandos dicit in futuro igne ? Recete : si nihil futurum sit præter Purgatorium . Sed , si futurum est etiam iudicium illud in posteriori aduentu Christi , vt loquebatur Totetius ; quid causæ quominus de eo iudicio loquutum dicamus Hieronymum ? Nimirum , inquit Pelitanus , hoc ipsum explicat citato illo loco ex prior . ad Corin . 3 . qui locus pertinet ad Purgatorium . Ast ego contra , eulogum non pertinere ad Purgatorium dico , quod eum de futuro iudicio Hieronymus interpretetur . Vt et vicit ? Sed hoc paulo post sumus visuri .

XII. Enim uero contextum quorū obicit Peltanus? Audito contra
Toletum, qui primam illam expositionem, quæ ignem gehennæ dixit, o-
mnium commodissimam pronuntiat, tum multitudine craniū dōctorum,
qui in ea sunt, tum propter contextum antecedentium verborū, & sequen-
tiū. Antecedentium quidem, quia Ioannes paulo ante huius ignis meninerat:
*Arbor, inquit, nō faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: loqui-
tur enim de præsentī, quasi iamiam veniat is, qui excusurus est, & in ignem missu-
rus.* Sequentium vero, quia statim dicit, paleas comburet igni inextingibili. Cū
hæc sint coniuncta, & consequentia ad eundem profectio ignem referenda esse vi-
dentur & amphibologia cauenda est in verbis, quantum fieri potest. Audito Al-
phonsum de Castro, hæresi prima, de Baptismo, *Hæc expositiō de Baptismo
ignis pro tempore futuro, satis appetet esse litera germana, per id quod imme-
diata subiungit: Cuius ventilabrum in manus sua: & permundabit aream suam,
& congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni extin-
guibili.* Ex quibus verbis appetet illum fuisse loquutum de igne futuri iudicij.
Quis æquum dicat præponderate vnum Peltanum duobus Toleto & Al-
phonso?

XIII. Sed enim, cur Peltano fauet contextus? Agitur, inquit, de electis, qui à paleis segregantur, & repurgantur, repurgatique in cœlesti horreo reconduuntur. Nam, et si palearum nomine reprobi delignentur, hoc tamen non impedit, quominus peccata illa quæ Apostolus per lignum, scenum, & stipulam insinuat, paleas quoque appellare liceat. Segregat has enim ignis à tritico, ut scoriam ab auro,

XIV. Atqui inquam, hæc ipsa verba Interpretes referunt ad ultimum iudicium: & purgari aream haud aliter quam separari bonos à malis: id est, non personas à peccatis, ut vult Pelanus, sed personas à personis. Ireneus, lib. 4. c. 55. Non agnoscentes, neque intelligere volentes, quoniam duos aduentus eius omnes annuntiauerunt Prophetæ: unum quidem in quo homo in plaga factus est: Secundum autem, in quo super nubes veniet, superducens diem, quæ est sicut clibanus ardens, & percussiens terram verbo oris suis, & spiritu per labia sua interficiens impios, & ventilabrum in manu habens, & emundans artem suam, & triticum quidem in horreum colligens, comburens autem paleas in igne inextinguibiles. Isidorus Pelusiota, lib. 1. Epist. 6. Venitabili vocabulo iustum iudicium appellat; non in causa tuis pœnis Progo, ζεύς ὁριζοντος, τας μὲρας αχροδεις εις ταυτας, και παντι αντημελαμπταιριπτισθορδρες εις ταυτας επιδιδωτις τας ηγεμονοτηις εγνων και μελανιας καρδοτοι ινδικοντας, εις διπληκτησιν ακολητηις ο διηγησε και επιτησης της πειποντας και εις αντημελαμπταιριπτισθορδρες εις ταυτας, η ηγεμονοτηις ονομαζεται σωτηρος, Quod quidem eum, qui cuique aptius sit gradum distinguis ac definiens, paleares quidem, ut itadicam, ac dissolutos homines, qui que ad omnem peccati ventum huc illucque iactantur flammis addicit: eos autem qui operum puritate ac penitentia fructibus abundarunt, in horreum congregari iustus Index ait, hoc est, prius sequere dignis operariis, atque agricolis, congruens domicilium. Theophylactus, και διεγραφει της αλωνα αυτης. τατεστησης επιλογισιαν, ην πολλας μερικην βεβαιωσιν οιδησις, ωστε ει τη αλωνα παντο το γιανγιον απο την πολλη ειστηκυνη στοι κοψφοι οιτης της πινυμαστη ποιησιας πινυμασι, οι γιατης οσοι και επιτεροι αφελεται, η διδασκαλιας η πειποντας, Et purgabit aream suam: id est, Ecclesiasticus: que multos quidem habet baptizatos: tanquam in area universam messem: sed in iis, alijs sunt palea, quicunq; leues, & venis iniquitatis agitatis: alijs, triticum; quicunq; etiam alii profunt, aluntq; per doctrinam εις opera.

XV. Quid Anselmum dicam: & Lyranum, & Cattusianum; Irenæo consentit Caetanus; Non sufficit Ioanni predicare Christi officium secundum primum aduentum: sed predicat etiam officium eius in secundo aduentu, ad simi-

*litudinem ventilantis triticum in area, secernendo triticum à palea, & triticum in horreum congregantis, paleas autem comburentis. Vbi manifeste describitur of ficium Christi iudicariarum: tunc enim iustos separabit ab iniustis: & illos quidem congregabit in vita aeterna horreum, iniustos autem tradet igni inextinguibili. Toletus, Ventilabro sua iudicaria potestatis bonos discernet à malis; illosque in aeternam requiem secum conductet: hos vero aeterno & nunquam extinguendo igni adiudicabis. Salmero, Audis illic ventilabrum esse in manu Christi, scilicet iudicij discussionem, qua veluti ventilabro quodam discernentur, ac separabuntur mali à bonis, ut ab onibus haedi, à frumento zizania, à tritico palea. Paulo post, Simul adiuva, Ecclesiam comparari area, in qua vtrumque est simul, & granum & palea, qua inter se ita admixta videntur, ut Ecclesia ex bonis ac malis constet, usq; ad diem iudicij, in quo, accepto ventilabro, ab iniu-
cem discernentur.*

XVI. Et cur sibi vult soli fidem haberi Peltanus? Imo, qua confidentialiter aulus est, ab omnium cum veterum, tum recentium tramite recedere? Etsi iuquit, palearum nomine reprobis designentur, nihil obstat, quominus pecata appellare liceat. Quid hoc est, in quam? Enim uero olim quidam dicebant, niuem posse appellari nigram: Et sic solent Sophistæ impotenter nomina susque deque versare: quasi suæ legis essent. Verum, hæc audacia nulla in quam fuit demonstratio. Si paleæ sunt hoc loco peccata, & hæc purganda dicuntur in purgatorio, quis erit ignis inextinguibilis, in quo paleæ comburi dicuntur? Nam purgatorius ille non semper ardet: sed & quotidie extinguitur in iis, qui singuntur euolare: & tandem extinguedus est penitus, faltem in die iudicii.

XVII. Imo, inquit, ipse quoque purgatorius ignis secundum se inextinguibilis est, ut qui secundum speciem idem cum infernali existat: dicitur autem inextinguibilis, quia iustos non semper puniri

XVIII. Optime: sic enim catachresi , catachresi cumulatur: & audacia proficit in deteriori: quid n. iuuat cum modestia esse impudentem? Sed pri-
mum oblitus Peltanus est , nondum esse plane constitutum inter suos, id
quod nunc ponit, eiusdem speciei esse ignem virumque Purgatorii & Ge-
hennæ. Tum si esset; quid habet quo impugnet, si quis dicat, ignem gehen-
næ inextinguibilem, non per se , sed quia nunquam desint comburendi?
Nam, ea natura est ignis elementaris.

XIX. Denique obsistunt interpres. Theophylactus A^ρθεσιν ιτά της
εκκλησίας, ὡς εἰ φλυαρέος Ωραίων, λέγων ὅτις τι τελεός τε καθάρος, Inextinguibilis est ignis ille: itaque, nugatur Origenes, dicens, futurum aliquem finem paenarum. Anselmus, Comburet igne infernali. Lyranus: pœna infernali sensibili, Thomas in Cathena, Ignis autem inextinguibilis dicitur pœna eterna damnationis: siue quod, quos semel suscepit, nunquam extinguit: sed semper cruciat: siue ad differentiam ignis Purgatorij, qui ad tempus accenditur, & extinguitur. Carthusianus, Id est, flamma & pœna infernali nunquam cessante: per quod damnatur error dicentium pœnas inferni, tandem post longa spatio terminari. Gorranus, Paleas autem, id est, malos, leues per superbiam, pallidos per inuidiam, fragiles per iracundiam, aridos per auaritiam, infructuosos per acidiam, viles per carnalem concupiscentiam, comburet igni inextinguibili dupliciter: & passio, quia non extinguetur: & actus, quia non extinguit, id est, non occidet & comburet. Ecce, damnatio iusta quia paleas: acerba, quia comburet igni: perpetua, quia inextinguibili. Stella in Lucam, Ioannes ignem inextinguibilem dixit, quia nunquam extinguetur. Sed utque in seculum seculi ardebit crucians damnatos. Caetanus, Nota inextinguibili, contra negantes supplicia iniustorum eternam: ignis non inextinguibilis eternus est. Franciscus Lucas, A ποτε inextincto, hoc est, aeterno. Plus significatur, quam vox sonet igni, qui non tantum extingui non potest, verum, ne extinguat quidem unquam, sed perpetuo urat & affligat, quos semel accepit. Itaque, inextinguibilem intelligit ignem, non in se tantum sed & in iis qui illi adiudicantur, hoc est, aeterno, abesse cessatione illos cruciantem. Quare hoc loco refellitur eorum heresis, qui docuerunt reproborum pœnam non esse perpetuam. Salmero, Ignem vocat inextinguibilem, non solum, quo errorem Originis tollat, terminum pœnis inferni ponente: sed differentiam etiam ignis purgantis.

XX. Potuitne constantius refutari Peltanus; Igneum voluit esse Purgatorium; isti omnes infernale. Voluit extingui quidem non posse per se, sed tamen in iis quos cruciat; at isti neutrō modo:nam , & ita diserte pronuntiauit Franciscus Lucas: alij autem significarunt, qui dixerunt, in eo cruciari in aeternū eos quos semel apprehenderit. Et, qui eo refutari. Origenem. Nam certe a pœnis Purgatorij temporalibus, nulla aduersus Origenem demonstratio esse potest. Denique, quid eos censet Peltanus animi habuisse, qui inextinguibilem dictum volunt ad differentiam Purgatorij? Sic est Peltanus nouus Ismael manus eius contra omnes , & manus omnium contra eum.

XXI. Resumit tamen animos: & Licet per paleas, inquit, simpliciter accipiamus homines caritate vacuos, ut visitatus accipi solet, adhuc quae de Purgatorij ratione hic allata sunt, non infirmantur. Patres enim, qui locum hunc ad Purgatorium referunt, non faciunt vim in permundatione tritici, aut palearum exustione, sed in Baptismo ignis.

XXII. Ego vero, quid hoc sibi velit, non video. Vim faciunt in Baptismo ignis: ergo, et si paleæ sint viri caritate vacui, non infirmatur ratio Purgatorij. Diuinet Oedipus consequentiæ vim. Nisi forte velit paleas istas, itam-
ve permundationem tritici, nihil ad eum ignis Baptismum pertinere. At-
qui, primum meminisse debuit, non à nobis ortam esse obiectiōnēm: sed à
cipo argumentum propositum, ut confirmaret, in Baptismo ignis agi de-
būrgatione peccatorum. Itaque, hoc saltem confectum est, improuide dis-
putasse, nec obtinuisse quod voluit. Deinde, non pertinere has paleas, at-
que hanc mundationem ad ignis Baptismum, primus dixit, solus dixit Pel-
anus: alij omnes contradixerunt.

XXIII. Haec tenus primum argumentum: in quo peculiaris fuit audacia Peltani, & Vigoris. Nunc crimen erit latius patens in locis ex Eliae quarto, ac Malachia; quibus abutuntur Peltanus, Vigor, Feuardenus, Alphonfus de Castro, Bellarminus, Panigarolla, Bulengerus, Thyaeus, Cofterus: ut omnino appareat magnam spem reposuisse in iis locis: ergo attendamus. Recitat locos Peltanus; Fauet Purgatorio, inquit, & illud Eiae quoque, Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii, & spiritu ardoris, vel incendi. Et ille rursum Prophetæ Malachia; Ecce venit Dominus exercitum, & quis poterit cognoscere diem aduentus eius? & quis stabit ad audiendum eum? Ipse enim

LIBER VIGESIMVSSECUNDVS, CAP. IV

56

*nostri signis conflans, & quasi herba fullorum: & sedebit conflans & emundans
rgentium: & purgabit filios Lenii, & colabit eos quasi aurum, & quasi argenum,
trunque locum ad Purgatorium pertinere, autoritate probant Augustini,
i.e. c. 25. hb. 20. de ciuit. Dei. Sed nos utrum quod locum sigillatim exutia-
nus: post Augustinum consideraturi.*

XXIV. De primo igitur, qui est Esaiæ, Feuardentius sic philosophatur: per filias Sion & Hierusalem, animas piorum in Israele adumbrari: per sordes & sanguinem, peccata peccatisque debitas penas iuxta diuinæ iustitiae legem. Lauari autem, & purgari à Deo per spiritum iudicij & ardoris quam in particulari de singulis iudicio, qui reprehenduntur adhuc iniquitatibus peccatis venialibus, & debitorum penarum temporalium pro reliquis mortaliis, ad terribilem & tremendum Purgatorii carcere, amandam.

XXV. Respondeo, Eliae & Purgatorio nihil esse commune. Tertium citum, Tolerum Iesuitam Cardinalem, in caput Lucæ, 3. Hunc virum apisma, Christi videlicet, in Spiritu & igne, de quo Baptistes loquebatur, adixit Isaia capite quarto, Si abluerit, inquit, Dominus sordem filiarum Sion, sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Lautat Dominus sordes filiarum Sion Baptismo in Spiritu Sancto : sordes, et sunt peccata paenitentium, que sunt ut sordes, que non sunt multum affixa corpori: sanguinem vero, id est, peccatores inherere volentes peccatis que sunt ut sanguis, habens colorem quasi inseparabilem, purgat & lauat de medio Hierusalem spiritu iudicij separando de medio iustorum & spiritu ardoris, seu combustio- nis, mittendo in caminum ignis eterni. Atqui neuter Baptismus ad Purgato- riū pertinet.

XXVI. Testem alterum do , Emmanuel Sa, ipsum etiam Iesuitam: ut ,etsi vidit, atque adeo admonuit, transferri hunc locum ab Augustino Purgatorium, tamen longe aliter exposuit, Sanguinem, id est, homicidio, r qua reliqua peccata intelliguntur iudicij, scil. puniendo, vel in ipsis, vel in bristo, per cuius passionem iustificamur , adiuncta tamen etiam nostra cooperacione: Ardoris, id est, caritatis, & diuinae, & nostra. Quis hic rursus Purgatorio locus? Non enim ignis iste, aut nostram habet adiunctionem cooperacionem: aut ignis est caritatis diuinae, nostrave. Eadem sententia est Lyra, Sordem sistrorum Sion: id est, Ecclesiam: spiritu iudicij: quia Christus per viam: letitia pro nobis satisfecit: & spiritu ardoris, quia hoc fecit ex maximo seruore: ritatis.

XXVII. *Vin' plures? Glostam interlinearem vide. Lauerit, per pœnitentiam: unde Lauamini, mudi estote: in spiritu iudicij, leuiora, & spiritu ardoris, rauiora. Ardoris, feruientis caritatis, qua sanguinem sudit, Glostam ordinatur, In spiritu iudicij, sc. tribulationis & passionis, quib. purgantur electi: unde vas a filii probat fornax. Vnde Iohannes: Ego baptizo vos in aqua: ipse in Spiritu Sancto & igne. Spiritu arboris, qui datur in Baptismo, ubi discreto: ex tunc enim appetet, quibus pœna sit peccatorum, quib. corona. Hæc cine pertinent ad Purgatorium.*

XXVIII. An manus Veteres? Legit in tuum Irenaeum, Feuardenti? Recole verba ex c.39.lib. 4. In nouissimis autem temporibus, cum venit plenitudo temporalis libertatis, ipsum verbum per seipsum sordes abluit filiarum Sion, manus suis Lauans peccata Discipulorum. Cyrillus Alexandrinus in 4. Esiae, Extollentur de integrō filii Hierusalem, & ornabunt: ur gloria, & hoc lu rafacient ut in superis resurcentiantur: quantumvis impietatem hanc medicriter exercevit, Prophetas occiderint, missos lapidibus obruerint, ipsum enim Christum morti tradidicrunt, eorumque manus sanguine redundauerint. Quid igitur Propheta? Eluet Dominus, inquit, sordes filiorum Hierusalem, & filiorum Sion, & sanguinem expurgabit ē medio eorum, in spiritu indicij, & in spiritu ardoris. De liquerunt siquidem circa controvensionem: iustificavit vero omnes gratia per Christum ipsique intersectoribus gratis indulxit a mēsiis, ut eorum scilicet peccata obliniose sepeliret & obrueret. Hieronymus, Tunc saluabuntur reliqui dei Israel, quando in Baptismate Salvatoris eis fuerint peccata dimissa, & ille sanguis abluius, quem super se errans populus impetratus est. Et nota, quod sordes filiarū Sion lauari spiritu in aīcī, sanguinem autem Hierusalem spiritu combustionis, quod n. leue est lauatur: quod grauius, exquiritur. De quo iudicet spiritu, & spiritu combustionis, lo. B. baptista in Evangelio loquebatur: Ego baptizo vos in aqua: quia apostolus me venit, ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne. Ex quo discimus, quod homo tantum aquam tribuat: Deus autem Spiritum Sanctum, quo & sordes abluerint, & sanguinis peccata purgantur.

XXIX Vides neminem esse Veterum, qui in his explicandis Esaiae verbis, aut tecum sentiat, Feuardenti, aut vel tenuiter alluscerit ad Purgatorium? Et nos quisquam cogat, yni Augustino harere potius? si tamen etiam Augustino, quod postvidero? Nolim ego quidem has Patrum interpretationes praefare; quasi germanas: sed fatis est: yni Augustino non nihil excidisse, quod nostris Papistis arridere potuerit: quod tamen ipsum nullo probant argumento praferendum esse reliquorum Patrum commentationibus: quibus nec nominis autoritas deest, aut temporis, & numerus etiam potior.

XXX. Nobis sane videtur Prophetae mens esse longe alia: nempe, ut loquatur de purgatione & Ecclesiæ in hac vita: quæ h[ab]et per vehementes afflictiones: quibus Deus suos cribrat, excernitque à peccatoribus: imo etiam à peccatis. Nam, cum se vixit in Ecclesiæ, quæ corrupti ipsa fese, quomodo Israelitica mirum in modum discelerat a legi Dei sum, ut qui hypocrites nihil erant nisi numerus abeant, & publicè reuantiant pietati, adeoque remanent soli, qui vere fideles sunt: & h[ab]et adeo ipsi proficienes in flagellis, emendantur peccata que sua detestantes, tanto attentius conuentunt ad Dominum. Ita sit, ut sit germen Iehova in decorum & gloriam, fructusque terra in sublimitatem & gloriam, euasori Israël, & qui relictus est in Sion regnauisque in Hierusalem. Sic nihil est in hac explicatione, quod non apte quadet toti contextui. Spiritum autem iudicij & excisionis, nam ita reddidit Paginus, et si re vera ardorem significet, nulla vetat absurditas intelligi de afflictionebus huius vite, quibus interdum vehementer Deus concutit statum Ecclesiæ temporalem. Nam etiam particularia exempla, quibus solet Deus punire peccata, appellantur solent iudicia Dei: Sic 1. Sam. 25. Audiens David quod mortuus esset Nabal, dixit, Benedic tu Iehoua, qui inducuit iudicium opprobrii met de manu Nabal. Et Esaiæ 3. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius, ty[u] autem, qua voce sus est Propheta, usurpari pro ira Dei, & quidem vehementi, peccatores,

consumere, cui potest esse ignotum? Hieron. 4. Ne forte egre liatur ut ignis
ira mea, וְבָעֵד, & ardeat, & non sit qui exigit ait.

XXXI. Venio nunc ad locum ex Malachia terro: quem ad Purgatoriu referri docent ab Origene, hom. 6. in Exod. Ambrosio in Pl. 37. Hier. in Malachiam. Et Costerus; Loquitur manifeste Prophetæ de peccatisq; gravissimis, quib. animæ confundæ dicuntur, & tanquam aurum colande, ut post modum in vita æterna Deo offerant sacrificium immaculatum.

XXXI. Respondeo, ne hoc quidem Purgatorio quicquam faveret. Testes do Papistas primo loco. Toletum in Luce ad illud Baptiste de ventilabro. Hic enim exponit haec prophetæ verba, de viximo Christi adventu. Hoc ipsum fecit Prophetæ Malachias: qui de ipsomet Ioanne predixit: utrumque enim aduentum coniunxit, Statim, inquit, veniet ad templum suum Dominator, quem vos queritis. Et Angelus Testamenti, quem vos vultis. Ecce, veniens Dominus exercituum, et quis poterit cogitare diem aduentus eius: et quis stabili ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fuligine, et jecur debit conflans, et emundans argentum et colabit filios Leti. Hac ille. Posterior, et enim verba de posteriori aduentu recte interpretatus est Augustinus, libri vicefimi de Civitate capite vicefimo quinto. Quid vero communè ultimo Christi aduentui, & Purgatorio?

XXXIII. Sed si non placet ultimus ille aduentus , Bellarminum audite, primo primi de Purgatorio , *Tria in Scripturis inueniuntur, quibus tristitia purgatio peccatorum. Primo, Christus ipse. Secundo tribulationes huius vita, de quibus ad literam videtur intelligendus Malachias, capite tertio. Et post recitatum hunc locum , Nam, ut recte exponit B. Hieronymus, hic agitur de tribulatione, qua precedet diem iudicii ad purganda peccata fidelium.* Eadem sententia fuit Lyrano , Ipse enim quasi ignis confusus. Hic consequenter ponit effectus virtusque aduentus, tamen in quodam generali, & primo primi secundo secundi: ibi & accedam. Effectus autem primi fuit vocatio aliquorum ad fidem, quos in primitiva Ecclesia probauit quasi aurum in fornace per tribulationes in Iudea, ut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis: & postea per tyrannos in omnibus partibus orbis. Atqui, tribulationes huius vitæ longe absunt à Purgatorio.

XXXIV. *Vin' aliter?* Carthusianum audi: *Ipsa enim, quasi signis conflans id est, acute, rigor seque alloquens, docens & increpans peccatores, presertim Sacerdotes, Phariseos & Scribas, imo & suos praelectos discipulos pro causa & tempore, quorum & virtus quasi signis absumpfit. Et quasi herba fullonum: nam sicut per herbam huiusmodi fullones mundant, splenatidasq; efficiunt vestes, sic Christus sua predicatione, vita, & gratia, multorum corda purgauit.* Et sedebit conflans id est, peccata consumens & audientiis corda inflammas, secundum quod ait in Euangelio, *Ignem veni mittere in terram.* Et emundans animas discipulorum suorum, quasi argenteum quod igne purgatur. Et purgabit filios Leui, id est, Sacerdotes, & tepli ministros, quorum aliqui, quamvis pauci, ante passionem per Christum correcti fuerunt, quamvis tempore passionis rorsum penè omnes seducti fuerint per Principes Sacerdotum, & Scribas, ac Phariseos incredulos post passionem vero multa etiam turba Sacerdotum credit in eum, secundum Lucam in Actibus. Aliqui quoque discipulorum Christi & Apostolorum ex tribu Leui frisse leguntur. Et colabit eos quasi aurum & quasi argentum: id est, quemadmodum argentum & aurum in fornace à commixtione immundi purgantur: sic Christus per tribulationes diversas & graves, suos ab immunditia culta & mundabit. Auditum Christinternam in corda hominum, audis tribulationes. Et hæc quidem ad Purgatorium?

XXXV. Breuiter, interpretati sunt verba Malachiae , alij de primo ad uentu Christi, alii de secundo. Et, qui de primo, partim efficaciam dixerunt ab eo in conuertendis ad se , atque ita purgandis peccatoribus partim afflictionum temporalium effectum in fidelibus emendandis. E his omnibus viam praeviere Veteres . Nam, postremum aduentum Toltetus mutuatus est a Theodoreto. Ecce venit: Sic etiam Zacharias de secundo aduentu inquit, Affictrum in quem compunxerunt, & plangeret terra per tribus ac tribus: Deinde docet eius facta. Consentit Ephrem, de variis tormentis Infecti: Omnes accusate, firmiterque Christo credamus predicatoris resurrectione mortuorum, iudicium & retributionem bonorum atque malorum, iuxta divinas Scripturas. Et spretis contemptisque temporalibus hisce omnibus, sedulo cogitemus de redenda iste ratione , nobis statuendis ad formidandum illud tribunal, in diemque ac horam illam horrendam, atque explicantem simus parati. Hac enim est hora valde ingemiscenda, doloribus atque angustiis plena, que universum discutit mundum. De hac die, ac hora formidabili Sancti locuti sunt Prophetae & Apostoli Paucis interiectis, De hac ipsa die locus us est Propheta Esaia: Et iterum, Aliusq[ue], Propheta clamat, dicens, Ecce Dominus veniet, & quis sustinebit dies aduentus eius? aut quis stabit ad videndum eum? Similiter, sermone parænetico de secundo aduento Domini: ubi annotauit Gerardus Vossius, Verba sunt Propheta Malachia, capite tertio, quibus extremi iudicij denuntiantur dies. Adde Rufinum, in expositione symboli, ad articulatum venturo Christo ad iudicium, Nunc iam paucis, si videatur etiam, per Prophetas, haec predicta esse doceamus. Plura autem testimonia cum volueris, ipse tibi de Scripturarum latitudine cogebitis. Dicit ergo Malachias Propheta: Ecce venit Dominus omnipotens, & quis sustinebit diem aduentus eius? & que sequuntur; totum enim locum recitat.

Christo imminente in mentem, atque cor penetrat, tunc nimis rurum, tunc omnem peccati scoriam ex præteritis lapsibus contrahit amitterit: atq[ue] ita purgatos, etiam probatissimos reddat: Et tantum non spirituali quodam modo aliud ad nouitatem vii & fabricat, & vasa deinceps insignia, & sanctificata, & in honorem comparata, & magna domus, hoc est Ecclesia ut illa efficit. Ruperto placuit hæc interpretatio. Ipse enim quasi ignis conflans & quasi herba fullonum: id est, ignem missens in terram, scilicet Spiritum Sanctum, qui consumet incredulos, velut ignis conflagratorum: credentes autem velut herba fullonum emundabit gratia remissionis peccatorum. & velut ignis conflans zelo bono feruerunt amore colestium bonorum faciet ardentes, ut deinde dicit, & sedebit conflans & emundans argentum. Et quæ lequuntur in eam rem non pauca.

XXXVII. Quid ergo Costerus nobis pœnas , easque grauissimas oclamabat , quibus animæ conflandæ esent ? Primo enim concedere possumus : donec confutati fuerint , qui interpretati sunt posteriorem aduentum Christi . Tunc enim , tunc erunt pœnae grauissimæ : & ha conflant animas . Sed ha nihil ad Purgatorium stabiendum . Sed negabunt illi tamen , quibus prior placuit aduentus : & negabunt , aut ignem , aut conflagitorum , aut herbam fullonum significare vilas pœnas . Quomodo refutab?.

XXXVII. Verum, negat Alphonsus de Castro, intelligendum ultimum iudicium. Hoc non ita esse, inquit, verba Malachie ostendunt. Quomodo, inquit? Quia docet, eos qui mundabuntur, Domino oblature sacrificia iustitiae: hoc est, seipso iam iustificatos: tunc enim ipsi erant hostia Deo gratissimae. Ceterus vero non vult intelligi poenas huius vita: quia dicat, hunc Domini aduentum usque adeo fore terribilem, ut a nemine vel cogitari possit, vel videri: cum in hac vita Deus electos suos, ut pater, corripiat, non ut severus iudex puniat.

XXXIX. Sed Alphonso, quæ mens fuit? nisi forte nos credat adeo stupidos, ut admittamus absque examine, consequentiam; si offerant seipso iustificatos: ergo non posse locum esse ultimo iudicio. Quasi in eo nulli futuri sint iustificati; nullæ futurae hostiae Deo gratissimæ. Et tamen si noluit postremum iudicium: cur statim intulit Purgatorium? Aut, cur nos non apponimus priorem Christi aduentum?

XL. Christi aduentum non posse aut cogitari aut videri, cur dixit Cōsternus? Non enim Propheta: esti Latina editio sic habeat, Pagninus redidit: *Quis ferre poterit diem aduentus eius: quis vero poteris stare cum appara-
tione? Greci etiam legunt, οὐδέποτε ναῦλος εἰσιν αὐτοὶ καὶ ταῦτα σημαίνουσα
νταίσις εἰσιν. Et vero קָרְבָּלָה verbum, nusquam occurrit cogitandi signifi-
catus: ac tolerandi, habes Proverbior. decimo octavo Spiritus virtus
foret insinuata eum eius. Vulgatus Interpres, sustentare dixit. Cæterum, quo-
modo non possit sufficiēti prior aduentus Christi, expoluit paulo ante Cy-
rillus.*

XLI. Et tamen, scrivata editione Latina: Rupertus, *Quis poterit cogitare?*
Vere nullus: nisi cui vel per Angelum vel per semetipsum reuelauerit Spiritus
Sanctus sicut per Angelum Ioseph filio David: sicut per semetipsum Simeoni re-
uelauit. Veniet enim occultus, veniet sicut mitis & humilis corde, nulla felicitas
pompa precedente vel subsequente, nullus clamoris vel contentio tuba personae.
Quis, inquit, stabit ad videndum eum? Vere non sacerdotium, non ciuitas, non
tempulum eorum, qui oculos non habebunt ad videndum eum: qui nequam habent
oculum, & totum corpus tenebrosum. Aliter rursus Carthusianus, id est, *Quis*
capere potest, qualiter veniet, quam magnifice, mirabiliter, atq[ue] humiliiter, qua-
lis quoq[ue] & quantius sit ipse qui veniet? Incarnatio nempe Salvatoris, eiusq[ue] ma-
iestas a nobis comprehendendi nequeunt. Et quis stabit ad videndum eum? id est, ex-
cellentiam eius nemo intueri & comprehendere poterit. Vel hoc dicitur: uoniam
pauci exinde crediderunt in eum, nec poterant eum pariter inspicere, quibus et-
iam gyarus extitit ad videntem.

XLI. Et tamen, si non potuit Coferus ferre, aut poenas huius vitæ, aut priorem Christi aduentum; quid posterior aduentus meritus erat, ut cum nullo loco haberet? Nunc hunc profecto mirari non potest, quomodo terribilis adeo describatur ut siue cogitari, siue ferri non possit.

XLI. Sed Bellarminus subtilior, & fatetur non loquutum prophetam de peccatis Purgatorij: & assertit tamen pro Purgatorio bonum esse argumentum. Quanquam pena illa purgatoria, inquit, non est ea, de qua nunc agimus: nam illa purgabit viuentes, nos autem agimus de pena mortuorum: tamen inde recte infertur Purgatorium. Nam ideo tunc præcedet tribulatio grauiSSima: & postea etiam ignis descendet & purgabit celerime omnes reliquias peccatorum in hominibus instis, quia, ut Irenæus etiam narrat c. 9. lib. 5. tunc repente Ecclesia, que est in terris, assumenda erit ad sponsum, nec erit tempus Purgationis viterius, ut nunc est post mortem ante iudicium.

XLIV. Verum, sua nobis somnia Bellarminus narrat; non vnum aut scripturæ sensum, aut Veterum. Examinemus. Si viui purgandi sunt ergo & mortui. Kesponeo, negati consequentiam: non enim ut trorumque eadem ratio est. Viuipurgantur, quum auferunt ab iis habitus malus, qui est a peccato: quod in mortuis fieri, ne ipsi quidem Papistæ dicunt: qui assentunt, solum penæ reatum remanere: qui habitus dici non potest cuiusquam animæ. Sed rationem consequentia obseruo. Ignis tunc descendet & purgabit omnes reliquias peccatorum in hominibus. Sic, inquam, fenserunt multi Veteres: sed primum, non omnes. Et enim, quid opus esset per eum ignem transire etiam eos quibus nulla ei usmodi reliquia: Sic asseruit Ambrosius in Psalmum tricadium sextum, *Omnis, inquit, igne examinabitur.* *Ignis ergo purgabit filij Levi, igne Ezechiel, igne David.* Deinde, nulla ea ratio est consequentia: demus enim, tum purgari homines peccatis: ergo oportebit etiam in Purgatorio purgari: Nego constanter. Nam, si in Purgatorio, quidam: aut omnes non in igne illo: aut bis iidem. Quis credat his? At in igne omnes dicunt Origenes, & Ambrosius. Non sequitur ergo Purgatorium esse.

XLV. Superlunt Veterum nomina , quibus Sophistæ abusi, ut putarent, tum Elæia, tum Malachiæ verbis indicari Purgatorium. Augustinum vtroque loco nominabant. Sed liberauit nos Toletus: Posteriora verba, inquietabat illa nimis Malachiæ de conflatorio, de posteriori aduenture &c. interpretatus est Augustinus: & quidcir, nominato illo ipso c. 25. lib. 10. de Ciuitate. Et cerre, vbi suisse dicam illis oculos, qui non aduerterunt? Quid enim potuit discutius : Propheta Malachias, iudicium nouissimum propheta-

uit, dicens, Ecce, venit: & recitat locus integer. Eraudent Sophistæ de Purgatorio mutire? Sed ignoscendum fortasse deceptis nomine purgatoriarum pœnitentia, quo vsus est Augustinus. Nam & vñius est: hi autem purauit nulla ratione posse concipi, nisi sua: Ex his quæ dicta sunt, videatur euidentius apparere in illo iudicio, quædam quorundam purgatorias pœnas futuras. Et post, Dicit tale aliquid Esaias: Lauabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion: & reliqua. Sed hoc puerile est, & eorum qui æxēdia venantur, quorum strepitu aures obtundant, rem ipsam habent neglectui. Enim uero loquitur Augustinus de pœnis purgatoriis, in ipso illo ultimo iudicio: id est, cum Papistæ docent nullum furarum Purgatorium. Notentur verba, Prophetæ Malachias iudicium nouissimum prophetauit: post, videretur in illo iudicio quædam quorundam purgatorias pœnas futuras. Futuras ergo pœnas in illo nouissimo iudicio. Et nouissimum hæc iudicium Sophistæ subito mutant in Purgatorium. Nimis pro imperio. Itaque neque Esaias, neq; Malachias somniis fauent Papisticis.

C A P. V.

*De locis ex Veteri Testamento , pro pænis post
hanc vitam.*

I. Tertiis argumentorum locus est à p̄enis: Cardo rei in hoc versatur,
vtrum Deus post hanc vitam puniat animas tandem recipiendas in
æternam beatitudinem. Atque id ipsum sperant Sophistæ se conjecturos
certissime. Seligamus primo locos ex Veteri Testamento.

II. Ex Genes 3; Vigor Feuardentius, Panigarolla obseruant, collocaisse Dominum ante Paradisum voluntatis Cherubin, & flammeum gladium, siue versatilem, ad custodiendam viam ligni vita. Quid aliud inuebat flammus ille gladius, nisi quod peccatoribus necessarius erat per Purgatorij ignis flamas transire, priusquam eterna requie, ecce letisque gloria potiri mereantur? Proabant testibus Ambrosio, in Pl 118. & Ruperto Abbate.

III. Respondeo: primum, hoc quicquid est argumentum, non nisi allegoricum. Ideoque incertum: & quo moueri si tantum possit, qui iam occupatus mentem fuerit hac Purgatoriis fabula. Ab hoc praetudicio, laus illa fuit Pererij, quæstio. quarta, in hunc locum, postrecitatam prolixam Ruperti allegoriam: *Qua vero ad hunc ignem Purgatoriorum ille, qui ante Paradisum erat, accommodatur, secundum allegoricum & mysticum sensum, egregia, valdeque laudabilis est in interpretatio.* Haec una ratio sufficeret, infringendo argumentum: ut alia nulla posset opponi. Primum enim, quis iuslit, id esse factum allegorice? Non enim *mūlā dñ̄ n̄ ōc̄as d̄.* Deinde, cur hanc potius quam aliam aliquam? ut exempli gratia, hanc Carthusiani. Et collocavit Deus ante Paradisum Cherubim & flammatum gladium, id est, Ecclesiam suam munitum Angelorum custodia ac plenitudine sapientia salutaris, rigore quoque iustitia, ad custodiendam viam ligni vitæ; id est, ingressum & adiunctorum ad Ecclesiam specificam unitatem, & Christi communionem, ad quas iniqui redire non possunt, nisi per conscientiam veram. Aut hanc in Glossa Lugdunensi, Per hoc quod gladius flammatus ponitur ante Paradisum, designat quod manente peccato tali non est reuersio ad Ecclesiam militantem secundum meritum. Dicitur tamē gladius versatilis, qui si vera penitentia sequitur, homo secundum meritum ad eam reuocatur. Vt rite haec & que allegoria est: Dicant Sophisti, cur illam malint: aut dicant saltē, cur harum alterutram non sit nobis liberum eligere.

IV. Quid? Hugonem de San. Victore dicam, longe aliter exponentem? Gladius *flammeus*, inquit, *pæna temporalis*, qua *versatiles sunt*, quoniam tempora volubilia sunt. Et post, *Flammeus gladius tribulationes & labores, & dolores huius vita, quib. nos exercemur. Vel sententia tuis & damnationis, qua homini data est, qua ita damnatus es, ut Christi passione redimi posset. Si hoc est, ubi Purgatorum erit?* Quid? om. *flammeo oportuit Basilij explicationem, longe simpliciorem, minulque descriptentem aliter?* Homilia de Baptismo, § 206
ειδας ἐν Φλογιστηφαιᾳ τελευτῃ φυλασσει τὸ οὐρανὸν τὸν, τοις μὲν εἰσιν φοβερόν καὶ φλογίζεσσιν, τοῖς δὲ πιστούσιν καὶ οὐκ εἰσιν τοις μέμνησται φύσεις αὐτῶν εἰσθνάντων διατροφὴν μὲν γὰρ ιδειτε διενόσια τούτων εἰσθνάντων διατροφὴν, καὶ σώμα πεπονητα. An ne scis flammeum gladium statū custodiende: vis ad arborem: infidelibus quidem tremendum, & flammis emitentem, credentibus vero facilem aditu, & suave alludentem? Sed & Dominus fecit ut conuertatur. Etenim viso fideli dorsum obuerit: at si quem videat non signatum, in os eius incurrit: Hoc autem quam procul abita Purgatorio.

V. Sed addo hanc Purgatorii commentationem ineptam esse, & absurdam. Ratio in promptu: quia comparent res dissimilimæ: immo oppositæ: Si quidem flammœ ille gladius erat positus ad custodiendam viam ligni vitæ: nempe, *ad hoc*, inquit Carthusianus, *vi iter ad Paradisum faceret omni homini inaccessibile*. Porro, in Scholastica historia dicitur, *Ministerio Angelorum posuit ignem, qui intercluderet Paradisi ingressum*. Et facile erit ex ipso textu: præcessit enim cattio. *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in eternum*. Vnde patet, huius gladii finem cum fuisse, ne quis posset aut ingredi Paradisum, aut certe edere de arbore vitæ.

VI. Esto sane, significet Etlen, cœlestem Paradisum: & arbor vitæ, vitam æternam. Potest enim ferri. Sed Purgatorium quo tandem modo gladius significabit? Oportet enim per ignem Purgatorii homines arceri Paradiso cœlesti. At qui potius fингitur constitutum, ut præparet homines ad ingressum cœlestis gloriae. Quid enim opus esset purgari, nisi in hunc finem? Atque adeo Rupertus, Quid ex huiusmodi dictis colligimus, nisi ad hoc flammœum gladium atque veratilem ante Paradisum esse collo, catum, ut quicunque deinceps admittendi sunt, illuc transeant per examinatoř ignem? Itaue? Ut iter ad Paradisum faceret omni homini inaccesibile, id erit, ut qui in Paradisum admittendi sunt, transeant per examinatoř ignem? Sic quidem iunguntur iam gryphes equis. At non si Ambrosius, si Rupertus nimium fuere faciles: ideo præiudicium legitime factum est veritati.

VII. Quanquam non sum tam facilis, ut concedam, Ambrosium loquuntur.

tum de igne purgatorio Papistarum. Papistas potius accuso stupiditatis, qui non intellexerint, aut negligenter, qui non attenderint ea ipsa qua leguntur. Dico enim loquutum de igne illo vltimi iudicii, quo non purgantur peccata singulorum, sed discernuntur persona, alia feruanda, aliæ damnanda. Argumenta sunt certa. Primum: quia hanc purgationem futuram dicat post consummationem seculi: tum nimis, quum profiterentur Papistæ nullum futurum Purgatorium: *Siquidem, inquit, post consummationem seculi, missis Angelis, hoc futurum est Baptisma.* Secundum, quia omnes eo igne baptizari oportet; quum tamen negent Papistæ omnes pati ignem sui Purgatorii: *E si aliquis ut Petrus sit aut Iohannes, baptizatur hoc igne.* Tertium, quia segregandi dicuntur boni a malis: quod per ignem Purgatorii non fieri manifestum est: in quo quicunque sunt, boni esse dicuntur, & iusti; ita que tandem recipiendi omnes in cœlum. *Siquidem post consummationem seculi missis Angelis, qui segregant bonos & malos, hoc futurum est Baptisma.* Quantum, quia sic exanimantur, ut qui ignem non timent, ingressuri dicuntur cœlum. *Veniet ergo Baptistes magnus: videbit multos ante Paradisi stantes vestibulum: mouebit rompazam versatilis: dicet is qui à dextris sunt, non habensibus grauias peccata. Intrate quoniam presumitis, qui in quoniam non timetis.* Cui nihil simile in Purgatorio Papistico, quam & timent, & sentiunt durissimum, quicunque in eum ingrediantur.

VI. Porro haec, *Veniat ergo ignis consumens, exuras in nobis plumbum iniquitatis ferrum peccati, faciat nos aurum sincerum.* Item. *Alius iste ignis, quo exanimantur peccata non voluntaria, sed fornicatio, quæ parvus feruenda.* Item. *Iesus, ut eos ab ipsa commoratione quæ permixta est mortuis, emundet: & alius iste ignis, quem depuratus Diabolo & Angelis eius, de quo dicit, Ita in ignem aeternum: Hæc inquam, non dubito rapturos quodam in subsidium ignis, purgatorijs. Sed iurius stupiditatem suam traducunt. Neque enim illa, aut ad purgatorijs pertinent, aut etiam ad illum gladium versatilem: sed ad vim illam Spiritus, quæ purgat nos dum fumus in hac vita.* Pater, quia purgari isto dicat, non penas, præter quas nihil relictum purgatorijs: sed cauſas peccatorum, ipsas culpas. *Vin scire! Perge legendi, Vrat renes meos, & cor meum, ut bona cogitem, ea quæ castitatis sunt, concupiscam.* Nonne aperite mutari cor suum postulat, & concupiscentias malas auferri? Atqui haec culpa est, in quam purgatorio nihil iuris. Sed disertus statim. *Sed quia hic purgatus, iterum necesse habet illuc purificari.* Audiu hinc, & illuc: Itaque sensus est in aperto. Quoniam in illo futuro examine, excludendi sunt cœlo multi: digreditur in voti exclamationem: ut, dum est in viuis, ille ignis, alius ab igne, qui depuratus est Diabolo, in se adueniat, ut purget quicquid inest peccati.

IX. De Rupero, quid dicam? Sequoris æui fuit: itaque, habet non pauca similia Papisticis fabulis. Sed & nonnulla, quæ mihi quidem non vindentur cum iis consentire: *Gladius, inquit, sententia est diuinus iudicij, quæ talis est, ut possit versari, id est, non semper eadem districcio claudat hominibus adiutum Paradisi. Flammus autem esse dicitur: quia re vera iudicium Domini, iudicium flamma ignis est, iuxta Apostolum, dantis vindictam in flamma ignis, iis qui non nouerunt Deum.* Sed & communem feruandis: *Quid ex hismodi dictu colligimus, nisi ad hoc flammum gladium, atque versatilem ante Paradisum esse collocatum, ut, quicunque deinceps admittendi sunt illuc transcant per examinatorum ignem.* Audiu gladium oppositum & damnandis, & feruandis: utrisque, inquam, ignem illum esse communem? Atqui de Purgatorio proflus falsum: nam, neque omnes feruandi ea transeunt; neque vilia damnandi.

X. Rursus hoc idem iudicium, siue examen, adumbratum illo gladio flammeo & verlatili, per Angelos fieri: *Recte Angeli, qui in huic modo praesunt: Cherubim, id est, plenitudo scientie vocantur, ipsi namque iudicandi plenam habent scientiam: sciunt enim quid in libro cuiusque nostrum sit scriptum id est, bene habent memoria traditorum, quid boni aut mali gererit quisque nostrum.* Atqui, in Purgatorio nullas Angelorum partes esse voluerunt Papistæ, nisi deducendi & consolandi: Greg. de Valentia, puncto 2. *Instorum anima, quæ nec dum satiæ à peccatis expiatæ destinantur in Purgatorio, ab Angelis saltem suis custodibus eo deducuntur.* Quos credentum est, animas illas consolari, instar illorum, qui officij & p̄ij solatij causa, comitanunt eos qui deducuntur ad supplicium. En tibi consolationem ab Angelis. At contra Rupertus, *Recte ita Cherubim, non tam ad laudem ipsorum, quam ad terrorum nostrum dicti sunt, quia nostra illis occulta publicanda sunt.*

XI. Secundo loco Feuardentius aburitur Genes. decimo quinto, Cum sol occubuisse, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones, Augustinus, inquit, sic exponit c. 4 lib. 16. de Cœitate, *Ad solis occasum, id est, ad ipsum iam finem: significatur iste ignis dies iudicij dirimens carnales per ignem saluandos & in igne damnandos.* Iridem conc. 2. in Ps. 103. & serm. 54. de Tempore.

XII. Respondeo: primo argumentum hoc, itidem ut alterum, esse allegoricum: itaque nullum. Porro Chrysolomum exponere in hunc modum Et flamma & clibanus, & lampades sunt, ut signum habeat iustus firmorum fæderum, & adiutorum diuinae operationis. Breuerit & simpliciter: sed admodum procul a Purgatorio; Theodorus, q. 65. id est, ut dicitur in psalm. 9. *Et quod est in psalm. 9. Significabat suscepta esse sacrificia: & præterea Deum omnium fore conspicuum circa finem prædicti temporis.* Nec quidem Purgatorium vnum videt in verbis. Glossa ordinaria, *Non nunc primo ignis visus est, quem fædus inter Deum & Abraham pangeretur: Lex quoq; per Mosen interuenit ignis promulgata est.* Quum n. lex in medio ignis latet: proponat p̄is præmia, transgressorib; sit acutæ penas, merito accessit ignis, ut portenderet impiis conflagrationem, p̄is illuminationem praberet. Ne hæc quidem ad Purgatorium: neutrum enim eo potest referri, siue illuminatio piorum, siue impiorum conflagratio.

XIII. Haud paulo aliter Caluinus, eruditæ & pie, & certe magis attente ad rem: *Addita fuit rursus nota visio ad sanciendam oraculifidem.* Frustr obiecta caligine percussus fuerat Abraham: mince in medio clibanus fumans is videt lampadem ardensem. Multi sacrificium igne consumptum fuisse existinant: ego a posteriori symbolum futurae liberationis fuisse interpretor, quod cum re ipsa congreuerit. Sunt n. duas es in speciem contraria sumi obscuritas, & lampadis fulgor. Hinc Abram fore cognovit, ut lux è tenebris demum emergeret. Quarenda sem-

Tom. III,

per analogia est signorum cum reb. ut mutuo respondeant. Deinde, quia symbolū per se exanimē est cadaver, ad verbum quod annexum est, semper debet referri. Atqui hic in verbo, libertas somni Abrahā in media seruitute promissa fuit. Nō potuit n. magis ad viuum depingi Ecclesiæ conditio, quam dum faciem ardensem ex fumo prodire fecit Deus, ne afflictionum caligo nos obruat: sed bonam vitæ & fæbem in morte foueamus: quia futurum est tandem, ut Dominus nobis affulget, si modo in sacrificio nos illi offeramus. Hæc vero nullam habere affinitatem cum Purgatorio, non exspectant puto Sophistæ, ut moncam.

XIII. Sed Augustinus priuatam viam ingressus est: facio: nec satis attendens presentibus: sed alienissimas res agens: quasi nullum Deo certum propositum esset, sed indefinitum, ut mysteriū aliquid, quodcunque id tandem esset, indicarer. Quo morbo peccant plereque allegoriae Veterum: qui magnum aliquid præstare vili sunt, si sensum aliquem verbis apta uerint, vnde cunque petrum, & quantumvis ab omnibus circumstantiis alienum. Sed aucta illa est Caluini lex: *Quia symbolum per se exanimē est cadaver, ad verbum quod annexum est, semper debet referri.* Quod quia neglexit hoc loco Augustinus, dissimilari quidem potest viri p̄ij peccatum; sed vergeri profecto ad autoritatem non debet.

XIV. Et tamen de Purgatorio Augusti nihil: sed de postremo iudicio. Partet ex verbis, in de Cœitate: *Significat iam in fine seculi per ignem iudicando esse carnales.* Nota, finem seculi, tum, cum definet esse Purgatorium papisticum. Rursus: *Significatur iste igne dies iudicij, dirimens carnales per ignem salvandos, & in igne damnandos.* At, quomodo salvandos à damnandis dirimit Purgatorium? Nondum cuicunq; Papista dictum. Itidem in Psalmis, *Vespera illa finis est seculi, & caminus ille veniens dies iudicij.* In sermone de Tempore, *Vespera illa finem mundi significauit.* Et post, *Chibarus ardens & sumigans, significauit diem iudicij: diem, inquam, iudicij, in quo erit flatus & stiror dentium: in quo erit ululatus & lamentatio, & tarda pœnitentia: quando mouebuntur fundamenta montium, & ardebit terra usq; ad inferos deorsum: quando, sicut dicit beatus Petrus, cœli ardentes soluentur, elementa ignis ardore tabantur, quando sicut Dominus ipse in Euangelio dicit, etiam virtutes cœlorum cōmouebuntur quando Sol obscurabitur: quando & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo.*

XV. Tertium locum obtendunt ex Ps. 38. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me.* Feuardentius: perfurorem, quæ breuis est animi passio, penas Purgatorijs: per iram, quæ diutius insidet, inferorum tormenta designari notat: quibus Propheta in alio seculo liber & imminutus esse desideret: puniri vero tantisper dum in viuis ageret, ut salutari castigatione monitus, officiis sanaret offensas, & pœnitentiam culpam emendaret. Hæc interpretationem confirmat nominib; Augustini, Ruffini, Gregorii, Origenis. Imo etiam Davidis Kimchi.

XVI. Respondeo: Propheta mentem violenter torqueret, tum verbis, tum textu. Primo, verbis. Ira, & furor ita distinguuntur, ut minor hic sit, illa maior. Atqui hoc inane esse commentum agnoscit Bellarm. in explanatione Psalm. 6. Porro, ira, & furor pro eodem hoc loco accipiuntur, sicut etiam arguit corripi: est n. (ut alias adnotauimus) familiare Prophetis id ipsum bius repetere, explicandi, vel inculcandi gratia. Et confirmauit Ps. 38. Vide quo diximus ad initium Psalmi sexti, ubi ostendimus nihil interesse hoc loco inter furorē, & iram: & inter arguere & corripere. Atq; hoc magis probatur Lorino, in Ps. 6. Quod Grati etiam, & Latinus non pauci, non tantum Augusti, rem eandem diuersis exponi dicunt verbis, mihi magis placet. Nam reuera etiam Augusti testatus erat in eum 6. Ps. Ego puto, ynam rem duob; verbis significatam. Nam in Graeca Sōuēs, quod est in primo verso, hoc significat, quod & r. quod est in secūlo verso. Sed cum Latini vellent etiam ipsi duo verba ponere, quæsiūm est, quid esset vici num ira, & positum est furor. Ideo varie codices habent: nam in aliis prius inueniuntur ira, & inde furor: in aliis prius furor, & inde ira. Et Lombardus notabit: Et accipitur hic ira, & furor pro eodem, id est, pro iudicij die, quo malis videbuntur Dei iugis.

XVII. Et tamen, si concederimus distinguendam esse iram à furore: At, quis monachum docuit, esse aliquid minus, quam iram? Ira, inquit, diutius insidet. Quid hoc est, inquam? Diutius insidet, ergo inferorum tormenta designat? quis hanc consequentiā est concessus? Eloquatur clare, Inferorum tormenta suntne eterna, an non sunt? Nā si sunt; & ira, significat ea tormenta: ergo iram oportet esse eternā. Quid tu mihi memor es iram diutius manēt: cum oporteat iram simpliciter manēt; id est, eternam. Estne hoc verum, iram Dei, non aliter intelligendam, quam eternam. Nam hoc necesse est: aut absurde dici, iram, id est, inferorum tormenta. Nam, si simpliciter sufficit, diutius immanens: cur non dicimus inferorum tormenta esse, ea quæ in Purgatorio durant multis annis myriadas? Nam hæc, opinor, diutius manent, quam quæ in annum ynum.

XVIII. Non potuit scienciam abfurde audax esse, ut iram diceret eternam esse: itaque, ut ne fine aliquantula ratione videretur insanire, quod proxime potuit dixit, diutius insidere. Sed constat, quodcunque tandem passio sit, & quantumcunque insidet, tamen desinere. Gen. 27. Donec auerterat fratris ira tui Ester 7. Et ira regis quietit, Et de ipsa ira Dei habes, Num. 25. Phinees auerterit iram meam.

XIX. Sed neque furoris bene subducta ratio. Is in Psalmo 6. est ἡ Ι. At hoc dicitur de furore Dei permanente, de furore Dei in impiis. Esaia 5. Non est aduersus ΙΩΝ furor eius Et 14. Subiectum in furore gentes. Ps. 1. Tunc loquetur ad eos, ΙΩΝ, in ira sua; in furore suo, Rursus, Ps. 38. furor Hebraice est γενές: dici autem de ira in impiis, disce ex Esaia 34. Quia γενές, indignatio, ira, Domini super omnes gentes. Quare omnino sumit falsum Monachus, iram esse diuturnam, furorem breuem: male ergo concordit, iram esse Infernum, furorem Purgatorium.

XX. Et vero discessit ab Augustino suo Monachus. Nam ille, non à distinctione iræ & futoris, arguebat: sed à corripiendi, & arguendi; Corripiat, inquit, mitius videotur, ad emendationem valet: nam, qui arguitur, id est, accusatur, metuendum est, ne in finem habeat damnationem. Quo uno cœtur Monachus confidentia. Hic enim grauiorem yolebat esse iram furore: ut Augustinus, grauius argueret, quam corripiere. Quid ergo grauius est eis qui in Purgatorio, quam qui in Inferno? Duriores Purgatorijs penas pridem audiui, omnibus penas huius vice: sed duriores penas damnatorum audiui nondum.

XXI. Quanquam Augustinus videtur abusus sua autoritate. Argueret, inquit, grauius est: quia qui arguitur, potest, in fine habere damnationem. Imo, inquam, qui arguitur, potest in fine non habere damnationem; itaque non est grauius. Pro. 9. Argue sapientem, & diligis te. Et 19. Si co. ripuer is (si arguas, est enim idem verbum) sapientem, intelligit sapientiam, Ps. 141. Corripet me, arguet, iustus in misericordia. Iob. 5. Beatus homo, qui corripitur, arguitur a Deo.

XXII. Hactenus verba, quorum abusus, quid cuiquam potuit boni polliceri? Ad contextum venio. Primum, constat Dauidem, occasione vel morbi, vel alterius corporalis afflictionis, has ad Deum preces fudisse, et eam calamitatem auerteret. Sic enim obleruant, non nostri tantum, Calvinus, Mollerius, Beza: sed etiam Papistæ, Bellarminus, Lorinus, Genebrard. Deinde hunc versum esse vniuersi Psalmi propositionem, & prudenter Mollerius obleruat, & res docet. Propositione autem debet communis esse omnibus Psalmi partibus: non erit autem, si pars vna de Purgatorio agat, altera de Inferno daminatorum. Nam illa afflictio ad neutram pertinet; sed ad hanc vitam. Itaque longe verisimilius erraret, qui diceat significari, altera parte huius vita calamitates: altera, futura vita poenæ; nempe, ut precari intelligeretur Dauid, ne se Deus puniret, non tantum post mortem, sed ne quidem in hac vita. Nam falso Monachus dixit desiderare prophetam, puniri tantisper dum in viuis ageret. Vnde enim habet? At contra, Genebratus: Deum obseruat, ut se grauius agrotum ob peccata, ab amicis negligatur, ab inimicis exagitatum, iuvet sanetque.

XXIII. Deinde non posse intelligi poenæ purgatorias, manifestum Papistis esse debuit, nisi non memores essent sua doctrinæ. Nam hic Psalmus deprecatur æque istas, ac eternas: nimurum, ut sibi vrasque condonaret Deus. Atqui purgatorias negatur Deus condonare: imo, dicitur futurus iniustus, si non reperat: ut omnino necesse sit, non esse penes Deum non arguere in furore, si arguere in furore, significet Purgatorium. Ide enim magna Panigarolla confidentia: Deum nō esse, si desit Purgatorium. Scilicet hoc superaret, ut Dauidem nobis precentem pingerent Papistæ, ut se in iustum Deus exhiberet, ut se ipsum negaret, ut omnino ne esset. Fecisset ad Papistarum nugas, si deprecaturus iram illam diutius insidentem, pro furore illo breui et satisfacturum esset pollicitus: sed hoc omisit, & in vitroque capite misericordiam postulavit.

XXIV. Sed, Monacho Veteres forte occasionem nugandi præbuerunt: forte, inquam: at, non Origenes profecto, et si cum aliis nominatis, neque enim, vel verbo tenus Purgatoriū meminit. Nam, de Kimchi: quid dicam? aut quibus verbis impudentiam traducam? Sic interpretatur, inquit, Fauidentius: Quanquam intelligeret David, ob peccatum ponam sibi in flagi, eamque receperit in hac vita, adhuc tamen de eo anxius, & sollicitus erat esse ne peccatum omnino abstersum, atq; deletum in hac vita: anne etiam in futuro seculo poenam aliquam purgatoriam deberet sustinere. Siccine vero Kimchi? O scelus! o audaciam! Nam in his verbis Psalmi 39. nihil ille nisi exiles grammaticationes venatur, in Psalmo a. 6. tantum hoc morale præscribi afflitis formem preceps. Vtrob ique etiam hoc, vitroq; membro eundem sensum esse. Shonotah נמְנַחָּת הַעֲנִינִים כֶּל בְּמִלְחָמָה שׁוֹנָת כְּפָר בְּמִלְחָמָה שׁוֹנָת Versus geminatus est variatus v. ib. de more. Item, scilicet Purgatorium confirmavit Feuidentius: Sicille, sc Purgatorium confirmavit Feuidentius.

XXV. Augustinus solius huius subtilitatis fundus est; qui tamen suum, suum, inquam Purgatorium habebat in animo, non autem Papisticum: id nimurum, quod tum demum fore putabat, quum suum nullum fore Papistæ deicerant. In Psalm 6. Arguuntur enim in die iudicij, omnes qui non habent fundamentum, quod est Christus: emendantur autem, id est, purgantur, qui huic fundamento superadificant lignum, fænum, stipulam. Sed id suo loco considerandum erit plenus. Interea notato Monachus, argui, quod ad furorem pertinet, quam ille referebat ad Purgatorium, de his dici, quibus non est fundamentum Christus. Notato rursus, Augustino furorem videri esse plus quamiram. Sed & Bellarminus corriget depravationem suam: In hac vita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorum igne non opus sit; cum in Augustino legamus, cui iam emendatorum igne non opus sit: longe alio sensu: quanquam editio Veneta emendatorium habeat, suspicita fide.

XXVI. Gregorij, certe magni, verba manifesta sunt de futuro iudicio: Hic me potius argue: dum tempus est misericordia, corripe: dum dies salutis est, exerce. Quisquis in hac vita flagellis atterritur, in mansuetudine corripitur: quia correptionibus emendantur. In illo autem tremendo examine, iniquus omnis in furore arguitur: quia poenam interminabilem venia nulla comitatur. Sed & in membrorum comparatione dissentit Gregorius a Monacho. Sicut maior est furor quam ira: ita argere maius est, quam corripere.

XXVII. Ruffini duxit est oratio. Nam, quanquam ipse etiam furorem interpretetur æternam poenam: tamen Purgatorium diserte nominat. Per furorem, inquit, vehementer indignantem Domini designatur, qua reprobi in iudicio arguentur. Vnde in furore suo dicturus est illus (ante tamen de operibus bonis, qua neglexerunt, terribiliter in reperiat.) Ita maledicti in ignem aeternum. In furore hoc arguentur, qui modo tempore misericordia ad poenam etiam non emolluntur. Per iram potest intelligi examinatio ignis Purgatorij, in quo corruptentur, qui modo, super fundatum Christum in fructuosa edificant. Sed non explicat quem ignem purgatorium dicat, an eundem quem Papistæ, an potius illum, quem Veteres assignabant ultimo iudicio. Est vero simile vero, hunc potius. Quanquam nondum persuasit Antonius de Albone, hoc opus esse Rufini: & in oppositum vehementes sunt coniecturae. Una neminem haec tenus Rufino adscribere vult opus in Psalmos. Nam quod Antonius opinatur Gelasium hos Commentarios in animo habuisse cum dicere: Nonnullas scripturas ab eo explicatas esse, habet nonnulli ridiculitatem testantur Genadius, Trithemius, Sixtus Senensis, explicatas benedictionem Iacobii: item Oream, & Ioelem: quas Scripturas cur non cogitat Gelasius? Altera hos Commentarios desumptos maximam partem ex Augustino & tantum transcriptos: quum tamen Rufino posterior ille fuerit Nam summissa à Rufino Augustinum potius, ex templo concionantem ad populum, cui sano persuaturum esperauit Praesul Lügdunensis?

XXVIII. Qui, rāum locum descripsit Bellarm. ex 9. Esaiaz: Succensa est, quasi ignis impietas, vepres, & spinas deuorabit. Et Basilius inquit, in hunc locum dicit, per confessionem peccatum arcieri, ut igne purgatorio post vitam absumi possit.

XXIX. Respondeo: Prophetæ longe aliam mentem esse, immo oppositam: ministrum, ut vehementiam iræ diuinæ describeret aduersus impios. Itaque Paraphrastes Chaldaeus: Succensa est, quasi ignis, vultus peccatorum eorum: impios consumet. Et Lyraeus: id est, impietas populi Israel provocat iram Dei contra se, quasi ignem ardenter. Cyrillus: Iniquitatem appellat, non rem ipsam, hoc enim vel intellectu, vel dictu ineptum est, sed iniquitatibus implicatos, qui eo demum improbitatis morum veniunt, ut non iam iniqui sed verius iniquitas debeant nominari. Et Procopiuse: Arouitav ḥ τὸς διόρειον, ḥ γαντὶς τὴν αὐτοκαταστάσην ḥ οὐλαῖς. Iniquitatem impios significat, innuens eos vehementer affectos iniquitate. Atqui aduersus impios, & qui dem ita impios, ut impietas ipsa mereantur dici, nunquam puto, Scriptura Purgatorium minatur: ne ipsi quidem, spero, Papistæ. Itaque illud Vepres & spinas deuorabit: nihil mediocre aut moderatum dicit, sed extremam vindictam, cui non magis obsistere quicquam possit, quam igni vepres, aut spinæ. Emmanuel Sa, Ignem calamitatis, dixit vel inferni, nimurum vltionem vel in hoc seculo: quomodo Cyrilus hanc prophetiam refert ad excidium Hierosolymitanum, vel in futuro æternam.

XXX. Sed Basilius saltē interpretatus est de Purgatorio. Sed primo, quid si recessit à mente Prophetæ Basilius? Et tamen purgatorium ignem in Basilio lego: Purgatorium tamen Papisticum nullum inuenio. Nam ille, ne eres, non dixit, post hanc vitam, ut falso Bellarminus expedit: sed purgatorium in hac vita, dixit enim: Si per confessionem detexcrimus peccatum, iam succrescens gramen arefecimus, dignum plane, quod depascatur, ac deuoret purgatorius ignis. Vbi iam vides deuorari, id est, purgari ipsum peccatum: quum in Purgatorio Papistico nullum peccatum purgetur: sed tantum pœna peccati perficiatur. Sed paulo post, ad illud: Quia propter indignationem iræ Domini succensa est terra omnis. Declarat, inquit, in gratiam & beneficium animæ, terrena ipsa tradidit pœnæ ignis punitio: quemadmodum & ipse Dominus subindicat, dicens Ignem veni mittere in terram: & quid volui, nisi ut accendatur. Audin discrete in terra ignem punitium illum ipsum purgatoriu. Audin, eo igne terrena depasci in gratiam animæ: Istane ad Purgatorium Papistarum?

XXXI. Imo altius repete. Quia Septuaginta Interpretates ḥ τὸς διόρειον herbam dixerunt: ex huius herba natura philosophandi occasionem Basilius sumpsit: Animæ, inquit, tantisper dum sibi aggerem accumulat terrenarum perturbationum, vitiis affectiones quasi gramen ipsa latius se effundunt, & erumpunt per prudentiam carnis, quod mutuum inter se quandam habeant, & familiarem originem, quod alia ex aliis insuper progerminentur. Ut enim ḥ τὸς διόρειον gramen præ ceteris herbis prolis est numero & nec unquam intermoritur, aut defini gitigare ex se: sed semper extremitas primitus genitura origo fit succedanea & sibolis: peccatorum natura ab eismodi nihilo diffidet. Peccatum aliud ex se velut con gener per gradus excipit, cœn fornicatio fornicationem: quin ipsa assuefactio mendacij mater sit mendacij: & qui mentem diu exercuit ad furandum, nullo iam negotio aggredietur eam iniquitatem: quod enim prævertit illum occupare peccatum, illi fit occasio peccati alterius. Si igitur per confessionem: & cetera quæ sunt iam delicta. Ab hac serie appare manifeste proponi, hunc cœnam, cui de pœnæ ascenda obiciuntur peccata per confessionem arefacta, induci tanquam medium ad eus peccati multiplicat consequentiam: nimurum, virtuta amburatur, ne iterum sobolefcit. Atqui nullus hic aut fin's, aut effectus est Purgatorii Papistici: inquit, eo sublatio, propterea sobolefcit peccatum.

XXXII. Quintus locus desumitur à Panigarolla ex 7. Danielis, qui magnitudinem Dei describens, dixit, Fluum igneum progrederi à facie eius; id est, ex Dei misericordia atque iustitia fluum oriri: id est, fundamenta Purgatorii constitui. Et testem laudat Augustinum: Per fluum igneum, & undam feruentib; globis horrendam, transibant anima: & quanta fuerit peccandi materia, tanta & pertransiendi morsa.

XXXIII. Sed id testimonium est ex homilia 6. libri homilia. 50. quam homiliam esse Augustini, incertum est. Et tamen de Purgatorio Papistico non videtur agere: sed illo, quod saepe diximus futuru in iudicio nouissimo. Sed certe Daniel nihil cogitauit tale. Nam hoc quicquid est fluminis, ignis, pertinet ad magnificam descriptionem summi iudicij: Aspi. iebam, ait, donec throni positi sunt, & Antiques dierum sedit: Vestimentum eius, quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accensus: Flumen igneum rapidusque egrediebatur à facie eius. Lyranus: Hic ponitur aduentus Christi ad iudicium venientis, & regnum Antichristi conterentis. Pererius: Deinceps in eadem visione t: si præmonstratum est futurum Messia regnum: presertim autem, in quo ipse una cum populo sancto suo, delebit alios omnibus regnis, post mundi renouationem, sempiterno & felicissimo aeterno regnaturus est. Sed quia id praesit generale hominum iudicium, expressis aliquot maxime notabilib; eius circumstantiis, eiusmodi iudicium describitur.

XXXIV. Itaque hunc igneum fluum longe alite: Interpretes conceperunt. Hieronymus: Flumen igneum, rapidusq; egrediebatur à facie eius, ut peccatores traheret in gehennam. Lyranus: Per hoc designatur poena infernalium, trahens peccatores in infernum. Egrediebatur à facie eius: quia tollitur impunitate videat faciem Dei. Pererius: Quarta circumstantia: Flumen igneum rapidusque egrediebatur à facie eius. Sic exprimitur sententia illius ultimi & generalis iudicij, ipsius iudicis ore prolatæ, & ab omnibus, qui eorum aderunt, exaudita, & percepta: qua in flum igneum rapidissimi fluminis, improbos demerget, ab sorbitis, & ad tartarum deturabit, ita ut non possint illi eorum iudice confundere. Illud a. rapidas, & ignes, indicat sententiam illam iudicis, quam celerrime & efficacissime corruptis à demonum turba improbis, & in tartarum delatis, executioni mandatum. Scil. hæc sunt Purgatorij fundamenta.

XXXV. Sextus locus est ex Micheæ 7. Ne lateris, inimica mea: nam si cedidi, resurgam: cum federo in tenebris, iram Domini portabo, donec causam meæ iudicet: adducet me in lucem, video iustitiam eius. Bellarminus & Panigarolla: laudant interpretes Hieronymum, Glossamque ordinariam. At Pelikanus etiam argumentatur. Certum est, inquit, istæ ad damnatos vere transferri non posse: nam eti in tenebris desiderant, & iram Domini portent, nunquam tamen consurgunt, aut in lucem redeunt. Sed neque ad Patres in Limbo: quamvis enim in tenebris desiderent, & olim in lucem emerfuri essent: iram tamen Domini non portabant, ut qui ab omnib; sensibili poena immunes, magnis spiritualibus consolationibus affluerent. Restat ergo, ut per tropum ad eos transferatur, qui detinebantur, vel

vel etiamnum detinentur in Purgatorio: hoc enim tria concurrunt, tenebrae, ira, & consurrecio, sicut est renebris in lucem emerito.

XXXVI. Supponitur ergo necessario intelligendos, vel eos qui in Limbo, vel qui in Tartaro, vel qui in Purgatorio. Atque hoc falsum. Quia super sunt iij, qui super terram, & in viuis. Nam, Prophetam per propositam consolatur Ecclesiam grauius afflictam, sive certissimi a Deo auxiliis. In quo consentiunt omnes interpres. Hieronymus: *Videtur mihi iuxta literam Hierusalem contra Babylonem, & ceteras gentes loqui, quae si bi insultauerant. Ne latemini in ruina mea: quia, Dominus miserante, consurgat: postquam sedero in capiuitatem, educes me ille de tenebris, & erit lux mea.* Item Domini sustinebo: *quia me scio meruisse quod passum: donec valescar de gentibus, & fiat iudicium meum. Noui quippe, quod me sit educturus in lucem & videbo iustitiam eius.* & aspiciet inimica mea Babylon, & cetera gentes in circuitu, & operietur confusione, quae nunc dicit insultans, *Vbi est Dominus Deus tuus?* Oculi mei videbunt eam, & non longo post tempore: sed nunc, & in presentiarum conciliatam, quasi lutum palearum. Theodoreetus: *Nunc iram Dei sustinebo, quia peccavi contra eum, cognoscere enim ultionis equitatem, cum peccati magnitudinem considero. Sed tamen exspecto iustum iudicium, aduersus eos qui bellum intulerunt: et si enim ego penas perfolui de his qua delinquti, tamen illi iniuste contra me usi sunt voluntate & sententia. E si non iniuste ab eo condemnata sum, at contra illos iura permulta habeo: & ea de causa diuinam sentientiam exspecto, quando hanc latam video, & illorum seruitute liberata ero: videbit inimica mea me.*

XXXVII. Rupertus prolixior: *Manifeste hac verba sunt confitentes, & sperantes, & prolatas sunt per Prophetam in persona tribus Iudei, sine Hierusalem, que in Babylonum ducenda erat captiuas, translatis prius in Assyrios decem tribibus, contra quas procedens de prompta est sententia. Et post: Sic omnino fuiturum erat, & sic factum est, ut hac verba propheticafuturum esse pronuntiantur. Datus namque sententius, & decem tribibus in Assyrios filios autem Iuda in Babylonum ducti, illa captiuitas ad Dominum per paenitentiam non aspergit: hac autem ad Dominum aspergit, & exspectavit Dominum saluatorem suum: & audiuit eam Deus suus. Post. Quis veritus eo, quod ait, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est? Vbi namque filii Iuda, captiuitatis & maroris tenebras subierunt, humiles & contemptibiles facti in conspectu Babyloniorum, ecce Dominus lux eorum fuit, lux illuminans lucernam per gratiam propheticas, quam ponere super candelabrum, ut lucaret omnibus: & regi Nabucodonosor, & omnibus, qui in regno ipsius erant: aduersariis quidem eorum ad confusione & opprobrium, ipsi autem ad consolationem & gaudium. Iterum: Hoc iam sint tunc ceptum est, cum & pueri res educti sunt de camino ignis, & Daniel de laqueolum, videntibus gloriam eorum, imo Dei per eos, Babylonis: & confusione operis, qui illos accusauerunt. Peractum est autem, quando Babylon a Persis & Medis subuersa, vidit per alios solvi captiuitatem, & restituciari Hierusalem, quam succenderat igni. Lyranus: Post populi increpationem, hic ultimo Propheta redit ad eius consolationem: primo denuntiatio captiuitatis terminationem: secundo post terminum Dei consolationem. Ne lateri, in Babylon, de captiuitate Iudei: quia cecidi, in manibus tuis: consurgam per Cyrum liberanda: hoc enim non potest intelligi de captiuitate decem tribuum, quae non redit: cum sedero, id est, postquam fuerit in tribulatione captiuitatis: Dominus lux mea est, afferens mihi letitiam. Iras Domini, id est, ab eo inflictam mibi, portabo patienter. Donec cansam: contra Babylonem.*

XXXVIII. Manifesta nunc res est. Concedo, non loqui Prophetam de iis qui in Limbo: qui nullierant. Concedo, non loqui de iis qui in Inferno, quia nulla illis ipse reliqua: sed nego sequi; Ergo de iis qui in Purgatorio: nam, cum hi nulli sint; tum vero supersunt, qui in viuis: ad quod haec spes, haec consolatio pertinebat. Non enim, opinor, mortui liberandi erant captiuitate Babylonica. Et vero, inepti sunt in argumentando Papistae: qui nulla, vel vera, vel verisimili, imo nefalsa quidem ratione docent, aut nullos esse viuos, aut ad eos ista referri possit: adeo est illis infirmitatio.

XXXIX. Sed Hieronymus, aiunt, & Glossa interpretantur de Purgatorio. Imo, utrumque falsum. Sola Lyrani moralitas habet: *Iram Domini portabo, id est, paenam temporalem, hic, vel in Purgatorio. Sed praeter Lyrani personam: quid virum est in allegoria?* Nam iensem literalem ipse professus est esse alium: ergo, inquit, nos, & Prophetae mentem.

XL. Sed & Hieronymus, post explicatum sensum literalem, Nunc, inquit, veniamus ad intelligentiam spiritualem. Et tamen ne hic quidem vel una literula Purgatorijs memor: prolixe anima peccaricis paenitentiam descripsit: *Videtur, inquit, mihi, omnis anima Hierusalem, in qua adficatum fuit templum Domini, & visio pacis, & notitia Seruitorum, & postea supervata a peccatis, dacta est, in captiuitatem, tormentisque tradita, dicere contra Babylonem;* id est confusionem huius mundi, aduersus contrarium fortitudinem, quae huic mundo presidet: *Noli insultare mihi inimica mea, quia cecidi: resurgam: Dominus enim alleuat elios:* & loquitur per Prophetam, *Nunquid, qui cadit non resurgent?* Et nolo mortem peccatoris: tam ut revertatur, & vivat. Et in eam rem alia multa. Hinc in Glossa ordinaria, transumpta allegoria, & contracta pauciora: sed Purgatoriis, nec nomen ad scriptum, nec res descripta: nihil enim est, quod non sit congruedictum, & de afflictionibus huius vitae & de paenitentia, quam nullam esse in Purgatorio fatetur Papista.

C A P. VI.

De variis gradibus paenae: de reddendaratione verbi otiosi: de potestate mittendi in gehennam, de multis & paucis plagiis.

I. Haec tenus loci fuerunt ex veteri Testamento, de poena post hanc vitam. Nunc ex Novo: vbi sunt hi faciliores: ac, si Peltanus videt non male, minus cudentes. Ex Matthaei 5. *Dictum est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui infraicit fratri suo *** hoc est, temere, vel citra iustam causam, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio: qui autem dixerit, Fac, reus erit gehenna ignis.*

Tom. lli.

II. Hinc philosophantur hunc modum Bellarminus; & Peltanus. Primo, agi de paenam iniungenda in foro Dei. Secundo, distinguere tria genera peccatorum, & paenarum: aeternam damnatorum & solidum tribui iudicio generi peccatorum; id est criminibus: aliis autem, ut pote leuioribus peccatis, paenae leuiiores, ac proxime temporales. Cum ergo in altero seculo primus & secundus ita gradus aeterno supplicio non vindicentur, certum relinquuntur, alio supplicij genere ibidem plecti. At nullum post hanc vitam aliud extat, praeter Purgatorium. Quare, & hic quoque locus Purgatorium aperte demonstrat.

III. Sed hic locus, ex eoque argumentum huiusmodi, a nobis considerabatur, quam de peccato veniali disputabatur, huius tomis libro 6. cap. 8. Itaque non erit nunc prolixus labor. Agi de poena iniungenda in foro Dei, liberaliter concedimus. Distinguere tria genera peccatorum, & paenarum, non agnoscimus: sed gradus potius: quod pater ex ipso contexit: in quo quaecunque peccata nominantur, ad iram pertinent. Vnde & Maldonatus diserte, gradus concedit distinguiri, non genus, Barradas, non nisi gradus nominat. Sed & Augustinus, libr. i. de sermone Domini in monte, haud aliter, quam quodam gradus factos a leuioribus ad grauiora, donec ad gehennam ignis ventretur. Non enim reatis ipse habet gradus, nisi gradatim etiam peccata commemorarentur. Iansenius: Tres facit gradus peccantium circa homicidium, per iram, & indignationem: & tres item paenarum gradus.

IV. Itaque etsi concedamus, intelligi paenae leuiores, tamen negamus temporales: quia scilicet, etiam aeterna sunt alii leuiores: ut patet ex aliis Christi verbis, afferentibus Corazin & Betsaida durius tractandas in ultimo iudicio, quam Tyrum & Sidonem; eti Tyro & Sidonii in Purgatorio nullus esset locus futurus. Et ex Lucae 12. vbi seruus non faciens domini sui voluntatem, dicitur, alius paucioribus, alius pluribus plagiis vapularatur. Carthusianus: *Plaga vapularit paucis, id est minoribus subiacet paenae: nihilominus aeternaliter punietur, si in mortali peccato discessit.* Gorranus: Inter omnes paenae mitissima omnium paena est eorum, qui prater originale, nullum addiderunt: maior postea eorum, qui ex ignorantia peccaserunt: postea eorum qui ex infirmitate, tamen scienter: postea eorum qui ex malitia. Ecce quartuor gradus damnatorum. Sed hoc paulo post pluribus.

V. Dico igitur hoc nostro loco illos paenarum gradus esse impares quidem: sed omnes aeternos: quod obseruantur, & Veteres, Irenaeus, Tertullianus, Pelusiota, Zacharias Chrysopolitanus: & recentiores etiam Papista, Maldonatus, Barradas: quos alias nominatim testes produximus. Confirmatur etiam tribus argumentum. Primo, quia loquitur Christus de ipsa peccatorum culpa: nam irasci, & probrosis verbis fratrem lacerare; peccari culpa est, non vero paena. At omnis peccati culpa non condonata, infert paenam aeternam; ut alias propria controvicia disputatum est. Secundo, quia Christus intendat vim legis diuinam aduersus peccata, longe supra traditionem seniorum. Ideoque minimum gradum peccati, eadem paena dignum esse, qua paena dignum illi censem maximum: *Audiisti dictum fuisse, Non oecides: quisquis autem occiderit, tenebitur iudicio. Ego vero dico vobis, quicunque irascitur fratri suo temere, tenebitur iudicio.* Atqui, nullius hominis iudicio, homicidium dignum est existimatum minima aliqua, aut leuicula paena, sed grauiissima. Tertio, quia concludens Christianus, iubet quemque reconciliari fratri, ne tradatur iudicii, indeque mittatur in carcere, unde non sit exiturus, nisi persoluto ultimo quadrante, id est, nunquam, ut paulo post ostensum inus. Vbi manifestum, alludi ad primum gradum, antea expresum, quem dignum dixit iudicio: unde post, ne tradat te iudicii.

VI. Bellarminus ad secundum argumentum respondet: priore loco, id est, quum dicitur, qui occiderit dignus esse iudicio, intelligi iudicium humanum, & temporale, quo homicidia multabantur morte temporaline: que legem veterem aliam mortem esse comminata homicidis, ut patet Exodi 21.

VII. Sed hoc durum est. Nam statim ira dicitur digna iudicio: & omnes consentiunt, significari diuinum. Lusisset ergo Christus periculosa ambiguitate. Præterea, apud Thomam in Cathena, Augustinus contra Faustum. Pene enim omnia, quæ non sunt vel præcepit Dominus, ubi adiungebat, Ego autem dico vobis, immenuntur & in illis veteribus libris: sed quod non intelligebant homicidium, nisi peremptionem corporis humani, aperuit Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratrem in homicidij genere deputari. Vnde patet, mentem Christi hanc esse, ut doceret apud Deum vere homicidiam esse eum, qui fratri suo temere irascitur. Atqui homicidium, Deo iudice, non puniri aeterna morte absurdum est, & alienum ab aurib. Christianis.

VIII. Nullam a lege veteri mortem indici præter corporalem, fallitur est: scimus enim pronunciatum, Maledictum esse, qui non permanaret in omnibus quæ erant scripta in libro legis. In capite autem 21. Exodi, non recensentur paenae legis diuinæ: sed iustitia humanæ exercenda in reos criminum. Itaque initium eius capituli: *Hec sunt תְּשַׁׁפֵּת מִנְדָּבָר insidia: nimirum, ut exponit Lyranus, & Sa., Iudiciale præcepta: nempe, quæ obtinere debent in foro humano, vbi iudicia erant exercenda. Nihil autem obstat quominus peccatoribus paenæ sint à iudicio humano infligendæ: & aliæ tam a Deo. Nam & id fit hodie: neque enim vel Papistæ credunt, furem a magistratu suspensum, propreterea nihil a Deo iudice pati.*

IX. Alium ex Matthaei 12. Bunderius profert. Confirmat, inquit, nostram sententiam & illud Salvatoris: *De omni verbo otioso, quod loquuntur furentur homines, reddent rationem in die iudicii.* Quis ille dies est iudicii? Vtique, qui post mortem venturus est, dicente Apostolo: *Statum est hominibus semel mori: & post iudicium.* In illa itaque die post mortem dabunt homines rationem, potissimum de illis pro quibus reprehensibiles fuerant, atque culpabiles, quibus & paena debetur expianda, nonnulli Purgatorijs loco.

X. Sed Sophista concludit, quæ non probat. Nam in antecedente, vbi Purgatorijs est? Concedo, statim à morte esse Dei iudicium particulare. In eo iudicio reddere quenque rationem eorum, quæ gesserit in corpore. Sed in eodem iudicio nemini paenam assignari aeternam: hoc vero non ego tantum nego, sed ne Papistas quidem credo docere: qui morientibus in peccato mortaliter nullum statuerunt Purgatorium. Atqui nisi supponas in iudicio illo particuli nullas infligi paenæ aeternas, ineptum est Bunderij argumentum.

Bbb 3

XI. Et

XI. Extrahi iudicij diem, sunt qui postremum intelligent Franciscus Lucas dicit, *Iudicij extremi*; Gorranus: *Quod erit terrible: quia sine spera-
nia*. Alij ambiguum relinquunt: *Sa: Iudicij scilicet particularis in morte, vel uni-
versalis*. Vrurvis eligas, an nobis est. Nam si extrellum iudicium: ergo; ab-
surdum est Bunderij lophisma: quia in eo nullum futurum est purgatorium:
si accedas ad ambiguos, tum incertum argumentum est: ideo nugato-
rium, quia ex incerto incertum fieri non potest certum.

XII. At nos, siue ultimum iudicium dicas, siue particulare; at eternam tamen damnationem intelligimus. Quia, peccatorum ratio aliter reddi non potest apud Deum; a quo maledictus pronuntiatur, quisquis vel minimum mandatum sit prætergressus. Tum autem postea statim legimus: Ex sermonibus tuis inflificaberis, & ex sermonibus tuis condemnaberis: quibus verbis, præcedentium ratio redditur: & sensus est, inquit lansenius, non tantum ex sperib. quisq; vel inflificabitur, vel condemnabitur, sed etiam ex verbis suis.

XIII. Feuardentius argumentatur ex Luc^x 12. Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam; ita dico vobis, hunc timete. Mirum argumentum. Sed vim videte, Theophylactus obseruavit, Christum nō dēcere, Patrem suum quascunque animas mittere in reproborum gehennam: sed quasdam mittere in locum à quo soluantur, & cum tempore redimantur, ac euadant beneficis oblationum, elemosynarum, & viuorum intercessiōnibus.

XIV. Sed istoc argumento nihil aut leuius, aut impudentius. Primo enim, non est nisi ab auctoritate Iohophilacti : at non à verbis Scripturae; quibus perspicuum est distinguuntur taxat duo suppliciorum genera, humanum alterum, alterum diuinum: quorum illud, non ultra corpus extendat se: hoc vero, & corpus conficiat, & ad animam pertingat. At diuinum profecto, non magis distinguiri, in temporale & aeternum, in Purgatorium aut gehennam, quam humanum.

XV. Praecerea. Theophylacti verba magnam partem supponuntur, quae

Acta Tercia, Theophylactus vero magnam partem supponunt, quae nunquam effatus est. Namilla, mittere in locum a quo soluantur, & cum tempore redimantur: & inde euant beneficio oblationum, monastica amplificatio est. Graecē ita legas: ὅρον τὸν οὐτόν, φορεύεις τὸ μῆδον τὸν πατέρα, βαῦλον τὸν γενναρά, ἀλλὰ ξενισταῖς τὸν βαῦλον, οὐ γάρ πάτερ εἰς διπλόνιον οὐτε αἴσχεσθαι τὸν βαῦλον τοὺς τίλοντας, αλλὰ εἰς τὴν ιερουσαλήμ τούτο τοῦ Θεοῦ, ἵνε Επισκοπήν. τούτη γάρ τις θεραπεία τοῖς κεκομημένοις γεννομένοις προτοφοροῖς, εἰ τοῖς θεραπεύοντας, αλλὰ μηκόντας τὸν λόγον τοῖς ηγετοῖς τοῦ σεβαστοῦ τιμῶντας ἀποθανεῖσθαι πινδᾶς αὐτῷ τὸ δοπεῖν τὸν βαῦλον εἰς τὸν γενναράν. αλλὰ ιερουσαλήμ βαῦλον, μη τοινιν οὐδὲ φωρητόν, αποτελεῖσθαι τὸν διέλεγοντας καὶ προσβατισθεῖσι λουδαῖς τὸν ιερουσαλήμ ἐχονταί βαῦλοι εἰς πάντας ἢ τὴν ιερουσαλήμ τοῦτον καθαρόν, αλλὰ καὶ οὐ γενναράν διατάξθω: Sic reddo: nam Interpres uonuihil deſlexit. Vide non dixisse Timete eum, qui postquam occidit mittit in gehennam: sed, qui posse statim habet mittendi: non enim in uniuersum peccatores morientes mituntur in gehennam: sed hoc in potestate Dei est, adeo, ut veniam largiarur. Hoc autem dico, propter oblationes, distributionesque pro mortuis, quae non parum prouidentiam morientibus in peccatis grauibus. Non ergo in uniuersum postquam occiderit, mittit in gehennam sed potestate habet mittendi. Ne igitur definiamus nos studiose per elemosynas, & orationes, placare eum, qui habet quidem potestate mittendi, sed hac potestate non visur in omnes: sed potest etiam ignorare. Hac ille. Non nihil quidem de precibus pro mortuis, etiam iis qui mortui in peccatis: sed de Purgatorio tamen nihil prorsus. Non enim, ut hodie Pa-pistæ, sic olim Christiani credebat, non orandum nisi pro animabus, quae in tormentis purgarentur: quod haud multo post consideratur sumus. In-terea milii sufficit Euardentium pro arbitrio Theophylactum interpolasse: ut persuaderet, proslum eum de ipſissimo Purgatorio loqui,

XVI. Polygranus abutitur aliiis verbis ex eodem Lucae capite. Huc pertinet inquit, & illud, quod seruus, qui Domini voluntatem cognovit, sed non preparauit leviter faceret, vapulabit multis : qui autem non cognovit, & fecit quod dignum plagis, vapulabit paucis. Id de futuro dici palam est. Modo parum vapulare referri nequit, nisi ad pœnam temporiam: æternam quippe vapulatio, pauca dici non debet

XVII. Imo bis peccat. Primo, quod de futuro, nempe opinor, seculo dicasterat. Nam cur non etiam de presenti? Aut, quid est in verbis Christi, quod relatur? Quasi non sit certum puniri a Deo, etiam in hac vita legis transgressores. Et maxime quos agnoscat pro suis. Sed unde Samuelis 7. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Quis si inique aliquid gesserit, arguam illum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Iansenu paraphasis in initium Psalmi 38. ita habet. Tanta quidem, Domine, peccata mea agnoscere, ut maiora etiam quam patiar, promovererim. Verum, mi Domine, humiliare te quofo, ne per severitatem iustitia tua, quam certe commerui, me castiges: neque grauissima vultuone indignationis tuae peccatis meis condigna me corripias, sed iuxta clementiam tuam moderare vindictam, paternaque tantum adhibe severitatem, contentus his quo haec tenus passus sum. Quoniam ecce iam multiplicebus malis, quasi sagittis quibusdam ire tua mihi infixis, ac grauiter pungentibus, me afficiunt. & castigans, tuam potestatem super me firmasti, dum assiduis me flagellis eadis, omneque malorum pondus mihi immisisti videris. En tibi, Deum vindicantem Davidis peccata in hac vita. Quid illud Pauli, prior, ad Corinth. ix. Quum punimur a Domino, eridimus, ne cum mundo condemnamur? Si ergo punit Dominus in hoc mundo, cur non recte dici possit, plus minusve punire.

XVII. Sed, parum vapalare, non referri nisi ad pœnam temporariam, quis Polygrammum docuit? Nam ego contra aliter legebam paulo ante apud Dionysium Carthusianum. Similiter apud Stellam: *Ait hic Dominus, quod ignorans vap. labit plagiis paucis : nihilominus perpetuo damnabitur, si ita mortali decesserit.* Ex his etiam patet, quod non omnes aequali pœna puniuntur in inferno, sed unusquisque iuxta quantitatem demeritorum. Sed & apud Basilium in regulis breviioribus ad interrogationem 267. tib. 49
Ζεῦς οὐκέτι τοῦ δαρμοτεῖ πονᾶς εἰ τιδαρεῖσθαι ὀλίγας, οὐχ τέλος, αὐτὰς Διάφορες γενέταις δηλοῦται: Scendum est, illud vapulabit multis, εἰναὶ vapulabit paucis, non minime sed differentiam pœna significare. Tum hæc differentia explicatur: εἰ γὰρ οἱ Θεοὶ διηγεῖσθαι σκοτῶς εἴην, οὐ μόνον τοῖς αἰγαῖσθαι, αὐτὰς εἰ τοῖς πανοργισθεῖσι καὶ τοῖς περιεῖν αὐτούς, διώσασθαι τὸν οὐρανόν τοις πυρὶ αἰσβεῖσθαι ἀλλοιούς, οὐτε τοῖς μελακόντερούς, οὐ μελλούς φλέγεταις, οὐδὲ τοῖς οπαλίκος αἰπεινταις, καὶ τέτοι

ποιλειν ἡ περιθετικὴ ἐδύνατος, οὐ φοβήσεται περιθετικὴ τοῦ τίτλου ἀξέποντα ἐπιτέλους. Καὶ ἀλλαζόμενος Διάφορος πάντως ἔχοντος τὸ κολαστικόν. Εἰναις τὸ τέλος πάντων σπόντων, οὐδὲ ὅμηρος περιθετικοῦ μόνον, οὐδὲ τοῦ εἰς βρυγματικὴν ὁδοντανήλατοι περιθετικούντων, τῶν πάντων γνωστών. Καὶ ἐξ περιθετικού τοῦ φανταστικού πάντων τοῦ περιθετικοῦ: Etenim si Deus in his index est, non bonus tantum, sed & malis reddens unicuique secundum opus suum potest esse aliquis dignus igne inextinguibili, vel mollius vel vehementius ardente: alius aliquis verme non morientur, vel leuius afficietur vel durius, pro meritis. Alius item gehenna, in qua sunt variis carnificis: alius externa caligine, in qua vel sit tantum in fletri, vel etiam in stridore dentium, propter intentiores labores. Sed & exterior caligo, indicat omnino esse quandam interiorē. Nempe igitur fallum, non posse paucis puniri, nisi in purgatorio.

XIX. Stapletoni hæc erit ratiocinatio, apud illum confusior tamen, hic distinctior. Si purgatiua iustitia Dei ad omnes se extendit, etiam filios Dei, imo ad hos ante alios: ergo est Purgatorium posthanc vitam. Probatur antecedens: primo, Ecclesiastis 12. *Cuncta qua sunt adducet Deus ad iudicium, pro omni abscondito sive bonum sit, sive malum sit.* Iob 9. *Omnia opera mea verebar, sciens quod non parceres delinquenti.* 1. Petri 4. *Tempus est ut incipias iudicium a domo Dei: si autem primum a nobis, quis finis erit eorum, qui non credunt Euangelio?* Ad Hebr. 12. *Quis filius, quem non corripit pater?* Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri: et non filii estis. Consequentiam vero probat: *Quia si non punirentur post hanc vitam, ergo non omnes punirentur.* Consequentiam fitmat: quia manifestum est, non omnes puniri in hac vita. Consequens autem docet esse absurdum, tum quia apud Deum acceptio est personarum: tum quia superest ipses impunitatis, que excluderet in plenisque timorem disciplina.

XX. Respondeo; in iustitia purgatiua *vixi, profervias* esse, qua potuit facile abstineri, nisi obscuritatem amaseret. Ego distinguam, purgari peccata vel erudiendo, vel tantum vindicando. Erudiendo, quem purgatur peccatoris, mutato intellectu, voluntateque in melius. Vindicando autem duntaxat, quem nihil nisi pœnæ sumuntur de peccatore: quæ quidem purgatio dicitur *valde iuxta etiam*, quia re vera nihil purgatur, neque peccatum, neque peccator: sed purgari tamen interdum pro expiari dicitur, & expiari peccatum, cum sumuntur de eo pœnæ. vñstata phrasis est. Haec nos appellamus lane iustitiam vindicatiuam, illam vero correctiuam: non quasi propriis vocabulis fortasse; ed nunc saltem necessariis.

XXI. Hoc posito, si argumentum ducatur à iustitia vindicativa, negatur antecedens. Nam, qui peccatores non eridiuntur iustitia purgativa, eos necesse est damnari in æternum: at qui non omnes peccatores damnantur in æternum: ergo non in omnes peccatores exercetur iustitia vindicativa. Minime vero omnium in filios Dei: nam his remissa sunt peccata: quibus autem remissa, nunquam puniuntur, nisi ad correctionem.

XXII. Neque contra probant loci inducti. Nam, Ecclesiastis 9. sermo est de ultimo iudicio, teste Lorino: *De die iudicij magni, in quo cuncta publicentur, explicat Chaldeus: & indicat satis verbum adduendi, & participium absconditi, vel contempti.* Neque alter olim Lyranus: & res ipsa per se manifesta. At qui in hoc iudicio perspicuum est, vel confitentibus Papistis, non futuram in omnes vindicatinam iustitiam: sed tantum in eos, qui ad sinistram nā iis, qui ad dextram, dicendum est, vt intrē in gloriam Patris.

XXIII. In Iobo, Hebraica veritas, interprete Pagnino: *Timui ab omnibus doloribus meis, noui quod non emundabis me: cui nescio an bona respondeat editio Latina, qua Stapletonus vtitur. Certe יְהוָה, qui interpretatus est opera mea, sibi vlt molissime loquar, indulxit nimium. Inuenitur quidem id nominis pro fatigatione, & labore: vnde forte operum sumpta occasio: quia nimirum nihil agendo nemo defatigetur. Sed haec tamen audacia est: quia nec omnib. operib. fatigatio inest: & nomen Hebreum latius paret, quam fatigatio in operando: nimirum etiam dolores, & afflictiones comprehendens.*

psendens.
XXIV. Et tamen, ut hoc dissimulemus, quæ ratio erit consequentia: timuit Iob ne sibi non parceret Deus: ergo in omnes filios Dei le extendit iustitia Dei purgatiua? Imo, si in omnes, non debuit timere: sed certus esse id futurum. Quare eo ipso, quod dixit timere ne id accideret, ostendit aliquando non accidere ac prouide non significauit, in omnes exerceri vindicatiuam iustitiam. Denique, non est de omnibus affirmandum, quod de uno dicitur.

XXV. Petrus non loquitur de iustitia punitiua: sed de perseguitionibus propter fidem: *Si probris afficiuntur in nomine Christi.* Et post, *Ne quis vestrum affligatur ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut aliarum rerum inspecto;* sed si ut Christianus *ne pudeat, immo glorificet Deum in hac parte:* nam tempus est, quo incipiat iudicium a domo Dei. Ergo iudicium appellat afflictiones Christianorum, tanquam Christianorum; non vero tanquam homicidarum, aut furum, aut maleficorum. Haec autem phrases designant causas afflictionum. Non igitur, inquam, peccas tantum vindicatuas; nam haec infliguntur, non in nomine Christi, sed propter ipsa peccata. Præterea non dicit determinate, patiemini: sed hypotheticæ, si patiam ini; quæ phrasis non significat omnes passuros; sic enim axioma esset necessarium: sed tantum contingere ut patientur.

XXVI. Paulus ad Hebreos loquitur manifeste de iustitia correcti: in de enim disciplinam appellat: nimirum qua sunt meliores qui castigantur. Vnde in notis Occumenii: *καὶ οὐκ εἰς ταῦτα ἀνεστάθη Θεός, γονίς καὶ καλωτός: Vos ad virtutem, siue disciplinam, vocat Deus, non ad vindictam.* Et vero diserte audis: *Si estis extra disciplinam, siue, ut Beza verit, Si estis absq[ue] castigatione, spuri estis & non filij.* Vnde manifestum, non esse omnibus communem hanc castigationem: sed ab ea alienos spurious: quod tamen de vindicta dici non potest. Quare nullo probatur argumento, vindicatiuam illam

XXVII. Supereft illa correctiua. **Hic vero consequentiam negamus.** Ne gamus, inquam, si omnes filios atringat huiusmodi purgatiua iustitia: propterea concedendum esse Purgatorium. Nam in Purgatorio nulla sit huiusmodi peccatorum purgatio per mutationem in melius: præter vindicta enim, nihil in eo vel Papistæ considerarunt.

XXVIII. Ergo, inquit, non omnes punientur. Imo, inquam non est absurdum. Quia potius audiuimus ab Occumenio, vocati filios sis neq*ue* sicut.

Et Papistæ ipsi firmant, non omnes puniri: non enim saltem revens baptizatos: non eos etiam, quibus Christus declarauit dimissa esse peccata. Et vero mutauit argumentum Stapletonus: subito pro purgatione iustitia, siue, ut nos loquemur, correctione, substituens punitionem. Atqui, non ut punitionem, sic correctionem, verum est, non semper fieri in hac vita. Imo contra certissimum, quo cunque tandem modo facienda sit, aut nunquam fieri, aut fieri in hac vita: nimis, quia nihil inquinatum ingreditur in Hierusalem coelestem: est autem vere inquinatus, quisquis a peccato non est purgatus per correctionem: quia tum vere peccatum in eo manet.

XXIX. Petrus in eam rem disertus: *Tempus est, inquit, ut incipiat iudicium à domo Dei. Quodnam tempus? Nempe huius vita. Vnde Lorinus: Utimur ratio ad persuadendum in aduersis patientiam: quia in presenti vita domesticos exercet Deus, ac purgat. Et eo sensu Paulus, ad Rom. 8. nominabat nos ad iudicium & rationes passiones huius temporis. Et Petrus I.c. 21. 22. agit iudiciorum & rationum passiones huius temporis: Paululus nunc dolore affecti in varijs tentationibus. Neque vñquam videas fidelium afflictiones in Scripturis differri in futurum seculum.*

XXX. Bellarminus c. 14. lib. 1. de Purgatorio, arguit ex 6. ad Hebreos. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, id est baptizati, iterum renouari ad pœnitentiam, nisi cum baptismalem. Et 10. Voluntariè peccantibus nobis acceptam notitiam veritatis, id est, illuminationem Baptismi, non relinquatur hostia pro peccato, sed terribilis expectatio iudicij. Et ignis amulatio qua consumptura est aduersarios. Negat hoc igne significari solum ignem gehennæ: quia sequeretur, omnes peccantes post Baptismum, necessario damnandos. Intelligi ergo ignem siue gehennæ, huc Purgatorij: in hunc sensum, Peccanti post Baptismum, non relinquitur alius Baptismus, neque aliquid remedium æquivalens, quod mox liberat ab omni pena, seignis necessario, aut perpetuo, si homo non convertitur, aut temporalis, si conuerterat, nisi afflictionis ignis voluntariè assumptus purgaverit in hac vita.

XXXI. Atqui nego agi à Paulo de quomodo cumque peccante post Baptismum. Sed de quibusdam iugis in peccantibus; id est, voluntariè peccantibus: sic enim diserte. Hoc autem quid sit, vnde dicas melius, quā ab ipso Paulo, qui in scipio naturam descripsit fidelium peccantium? Ad Roman. 7. Non facio bonum, quod volo: sed malum, quod nolo, hoc ago. Enimvero, negare quis potest, eos qui peccant voluntarie; iugis, agere malum quod volunt, omittere bonum, quod agere nolunt? Si ergo fidelium est ita peccare, ut nolint: tamen profecto iugis: peccate in fidelium est. Sed & nondam circumstantia. Non enim dixit Paulus, eos tantum qui lemel illuminati fuerint, sed addidit, si gustauerint donum cœlestis, particeps facti fuerint spiritus Sancti, gustauerint quod bonum Dei verbum, ac virtutes futuri seculi. Nimis, his omnibus si opponas illud, Voluntariè peccare, habes proponendum plenam descriptionem peccati contra spiritum Sanctum. Nam hoc modo voluntariè peccare, non potest cogitari, nisi extincte prius omni motu, qui est à spiritu Sancto.

XXXII. Itaque Caluinus ponderabat illud ὁ πεπτόντας, prolapsos, vñnotaret, vñiueralem ab Euangelio defectionem, ubi non aliqua in parte Deū offendit peccator, sed eius gratia se penitus abdicat, nempe, intellecta antithesis inter Deieratias recentitas à Paulo, & hunc lapsum. Vbi labi dicatur, qui deficit à verbo Domini, qui lucem eius extinguit, qui se gustis doni cœlestis privat, qui participationem spiritus deferit. Hoc autem est in totum Deo renuntiare. Scilicet siue Oecumenius: τὸ δικαιονός αὐτοῦ τὸ διάδεινος: quibus he omnia amissa sunt. Et confirmatur ab antecedentibus. Manifestum est enim ex contextu, agi de ijs, qui desercent congregacionem; πριγράμματα, inquit, τὸ επιστολαρχοῦ ἀντίτιτλον, Iustinianus, Ego malum de tota Ecclesia huc Pauli verba intelligere, ubi hortet Hebreos ad retinendam fidem, usq; à cœtu fidelium non recedant. Et prior Caluinus: Monet eos Apostolus, ne equalitas illa ad deferendam Ecclesiam ipsos inciteret. Confirmatur item a consequentibus: Quanto putatis grauiore dignus in licetibus supplicio, qui Filium Dei concularerit, & sanguinem Testamenti per quem fuerat sanctificatus, profanum duxerit, & spiritum gratia contumelie afficeret? Nam in his verbis manifesta illa est antithesis, quam paulo ante Caluinus exprimebat.

XXXIII. Negamus ergo, eo igni, quem Paulus dixit reliquum, significari vñnum temporale, siue Purgatorium: sed æternum, & hunc tantum. Itaque dictum, νέος ζῆτες, οὐδὲν μέτων τὸς ιταντοῦ: Qui deuoratur est aduersarius. Quod falsum de igne temporario, quin non ipsos deuorat peccatores: sed tantum deuorare fingitur peccata. Et vero, ut hunc ignem temporarium ponat, cogitur Sophista pœnitentiam supponere: si, inquit, convertatur. Atqui hoc contra Paulum, qui impossibile astaret renouari per pœnitentiam. Nam, quod pœnitentiam interpretatur baptismalem, eti non solus facit, tamen καὶ τὸν θεόν facit. Nihil enim in eo textu est, quod de Baptismo peculiariter loquatur. Neq; hanc tantum, sed etiam alteram addit exceptionem: inquit, ignis afflictionis voluntarie suscepimus, purgaverit in hac vita. Non certe ex contextus visceribus: sed tantum, quia sic habuit, quæ ratio disputandi omnium est facilima. Magno compendio, si par soliditas. Atqui eos qui voluntariè peccant, nulla mouet pœnitentia: ac proinde nulla ab ijs suscipitur afflictio: quia hanc ipsam aduersarij agnoscunt patrem pœnitentia.

C A P. VII.

De aduersario, & carcere, & nouissimo quadrante.

I. Hic erant faciliores loci. Sed erit nunc longè vehementior contentio de verbis Domini: ex Matt. 5. & Luc. 12. vñquam enim locum multo numero Papistæ & prof. runt, & expendunt.

II. Prior habet in hunc modum apud Matthæum: Esto amicus aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, ne quando te tradat aduersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in custodiam coniurari. Amen dico tibi, ne quaque

exibis illine, quod dum reddideris ultimum quadrantem. Apud Lucam: Enim uero dum abusum aduersario tuo ad magistratum, da operam in via ut liberes ab eo: ne pertrahat te ad iudicem, & iudex te tradat exactori, & exactor coniurat te in carcere. Dico tibi, non exibis illine, usquequo ultimum etiam minimum reddideris. His verbis Purgatorium designari probant, partim propria ratiocinatione, partim testimonio Veterum. Vñquamque statim videro.

III. Sed nunc placet præscriptione vti. Iansenius cap. 40. Concordia Evangelicæ: Neq; hoc loco recte quis urgere potest Purgatoriū probationem: scilicet nec ex parabolis de conseruo, qui noluit paruum debitum denariorum remittere, cum ipse à Domino suo impletus asset remissionem decem talentorum, qui etiam regulus dicitur in carcere, donec redderet vniuersum debitum. Stapletonus, Antidotus in Matth. 5. iubet Caluinum aduertere paucissimos hodie esse, qui hunc locum eo modo exponant. Neque vero ipse in eo vindicando laborat, re alias solet: quomodo ne Maldonatus quidem. Greg. de Valentia proflus omisit. Magno iam disputationi compendio, aduersum eos, a quibus vel in primis virgetur, instar solidissimæ demonstrationis, & manifestissimæ.

IV. Polygranus, quum transit ad alios nonnullos Scripturæ locos, ex quibus Veteres hac in re nihil affirment: Neoterici tamen experefacti oratione nunc studio Scripturas peruestigant, non inde Purgatorium statuunt. hunc locum primum confessum enumerat. Imo, Stapletonus locis accenset lenioribus, quibus Patres vñ sunt paulo alienius. Et Veteres Patres, inquit, hunc locum ad Purgatorium accommodasse, non quod in eo vel sola, vel otium Purgatorium f. bricarent: aut fundarent, sed quod ad dogma fidei receptissimum comprehendendum, hanc Scripturam adserrent, tametsi vel obscurior esset, quam vel sola certam fidem faceret, vel etiam aliud sensum verum habere poterat. scilicet multas alias Scripturas in hoc ipso dogmata, alijsque certe fidei dogmatibus, Patres adferre solent. Et citat, exempli gratia, gladium versatilem, ex Genes. & Iram emendantem, ex Psalm. 37. & Baptismum in Spiritu & igne, Matthæ. 3. & transitus per ignem & aquam, Psalm. 65. Vnde habemus, ut plurimum laboris in hoc loco elucidando impendant, tum vero, needum futuram manifestam aut certam demonstrationem. Quo securioribus nobis liceat hanc aleam subire.

V. Nunc pergo ad ratiocinationem considerandam. Summam sic concepit Aboreus. Videtur Christus significare, & nobis suadere, quendam esse carcere temporale, in quo animæ, hinc demigrantes, includuntur & torquentur pro levissimis culpis, nec ab hoc carcere purgatorio egredientur, donec extremum quadrante persolverint, id est, quo se que pro minutissimis admissis satisfecerint, & lucerint peccatum debitum.

VI. Bellarminus, de more prolixi, singulas particulæ timatur viam, aduersarium, iudicem, tortorem, carcere, quadrantem. Viam, non bene a Chrysostomo dictam propriè melius parabolice, hanc vitam. Aduersarium, non Diabolum, non carnem, non spiritum, non peccatum, non alterum hominem: sed legem Dei, siue ipsum Deum, siue conscientiam, iudicem, Christum: Tortorem, siue Ministrum, vel Angelos, vel Dæmones. Carcerem, communis omnium consensu, infernum, in quo multæ sint mafiones, alia pro damnatis, alia pro his qui purgantur. Nouissimum quadrantem, fermè omnibus esse, minuta peccata: sed ambigi de solutione, utrum fiat in Purgatorio, an in gehenna, an in utroque: sed fieri in Purgatorio verissimam esse lententiam.

VII. Nobis primo placet, parabolam esse, quæ sub specie litium temporalium, & seueritatis humanæ, proponat iudicium diuinum, apud quos nos omnes sibi tandem oporteat, & seuerissimè tractari, nisi mature occipauerimus pœnitentie. Sed peculiarietatem agi de vitanda cum proximis contentione: non autem vñuersaliter, de quibuscumque peccatis: quamvis, sine dubio, omnium ratio sit eadem. Caluinus Chrysostomo assensus est, Christum videlicet admonere, humanitus etiam nobis vtile esse, ut maturè transfigamus cum aduersariis: quia rixosis sapientia sit sua cupidas: sed addit, non negare, quin similitudo aptè ad Deum transferatur, quod scilicet iudicium absq; misericordia sentiet, qui implacabilis fratrib; vel ad extremum contentorius fuerit. Sed mihi quidem difficile probabitur, nihil esse aliud quam bioned. ὁ δρός οὐα. Non enim is mos Christo, ut non altius ascenderet. Itaq; non tantum aptè transferri inde similitudinem ad Deum, sed etiam hanc esse propriam, & primam Domini mentem, habeo persuasissimum.

VIII. In haec allegoria, siue etiam exemplo (non enim mera est parabola, ex eo saltem genere, vbi singatur quæ non sicut festo sane via, hæc via: esto iudex Christus, siue Deus: ministri: dæmones: carcer, infernum. Sed aduersarium quid opus alium quenquam dici, quam eum qui paulo ante dictus est, habere aliquid aduersarium nos? Erita censet Peltanus, sed & Iansenius: & Maldonatus: & Salmero, & alij. Nam, quod obiectit Bellarminus aduersarium eum intelligi, qui semper nobiscum sit in via, & cum quo lemper possimus concordare: nec vero hominem quenquam tradere alterum. Leo iudici: aut certè alia multa posse similiter, immo magis propriè tradere iudici: utrumq; fruolum est. Pris quidem, quia præsupponitur falsum, eam intelligi, qui semper sit nobiscum. Nam, tale nihil est expressum, sed potius dñs in via cum eo, quibus verbis nemo vñquam efficiat significari, ut futurum semper cum eo in via. Tradere iudici, cur non dicatur homo ἄριστος, qui defert ad iudicem, qui accusat apud iudicem? At non propriè. Esto fane, inquit: sed quis cogit, in parabola non impropriè hæc accipi? Et ipse postea tradere iudici, non veretur mutare in accusatores, & testes contra nos in iudicio, quæ certe non est propria tradendi significatio: neq; alien ab aduersario, eo quem damus. Denique, arribos vñstata phrasa dicitur apud Theophylactum in Lucam, ἔλλειπε τὸ δικαστήριον. Sed alia magis propriè dici possunt. Primum, negatur istud: deinde, qui rum, si concedatur? At hæc de alijs, nullus termo: sed tantum de proximo offendo.

IX. Sed verissima, inquit, expositiō est, aduersarium esse Dei legem, siue Deum ipsum, siue conscientiam. Atqui, inquam, quomodo propriè dicas Deum aduersarium tradere Deo iudici? Nam absurdum est, in parabola eundem esse & iudicem, & aduersarium. Quomodo legē. Nam hæc damnat potius, quam tradit iudici: adde legem Dei, & Deum, reapse non diffricte. Conscientiam autem, nomine tantum distinguere peccatore, cui

obiciturum? Conscientia hominis, nihil est quam homo sibi conscientius: itaque hoc modo se ipsum quis traderet Deo iudicari, & quia ~~in~~ ^{ad} iudicio dicitur tradere: ergo in parabola eadem persona esset & nostra, & aduersarij: & huc tandem res rediret, ut iuberet nos Christus nobis esse consentientes.

X. Quadrantē scimus oīnes apud Matth. būm: apud Luc. aīm, ~~τὸλεπτὸς~~
positum, pro eo quod ēst minimum. Sed dici minutulum peccatum, vide-
tur alienus. Quid euim est ~~ἀποδέσμης~~, reddere peccatum? Quis vñquam
sic audiuit quenquam loquutum? At dare pēnas, non absurdā loquutio
est. Itaque quadrante nouissimum Christus dixit, non autem minimum
nimirū similitudine familiaris, & frequenti, à solutione debitorum pecu-
niariorum; quia per partes fieri solet, & quidem maiores primo nominari,
minores postremo: talenta, post festerios : tunc denique quadrantes , si
qui sunt: neque solet nomen expunctum dicī, nisi tam talenta, quam fester-
tij, & denique quadrantes numerati fuerint. Itaque, durissimus rigor ex-
primitur: quum in magna pecunia, pro nihilo haberī & possit, & plerunque
soleat quadrans, & ideo facile condonari, postquam reliquum, quicquid
erat, expensum fuerit. Iam , qui peccauit, non eo exsoluitur peccato,
quod ipsum peccatum reddat, sed quod pro peccato pēnas: itaque & qua-
drans in pēnis est: & sensus est, ne minimam quidem partē pēnæ condo-
natum iri. Et vero, neque peccata varia Christus aut comparat , aut cu-
mulat, sed vnicum tantum ir. aduersus etiam vnum proximum, conside-
rat, tanquam occasionem legitimam dāmādi, neque vnum ullum pecca-
tum in partes dissecatur apud iudicem Dcūm: sed tantum pēnæ peccati. Et
tamen nostra sanē nihil interest, si etiam minuta peccata dixeris: quod fa-
teor plerisq; visum, tum veteribus, tum recētioribus, hoc sensu, ut pro pec-
catis varijs pēnas intelligent: quod expressit Zacharias Chrysopolitanus:
In nouissimo quadrante intelligitur nihil remanere impunitum. Itaq; esto sanē
hoc in medio positum.

XI. Sed totius argumenti vis est in his verbis, *Non exhibis illinc, usque-
dum reddideris ultimum quadrantem*: vnde putant confici, ergo aliquando
exiturum. Et recte, inquam, si prius evincant posse ultimum quadrantem
reddere. Nam etiam in temporalibus litibus crebrum, ut qui ob aie-
num in carcere est, donec soluerit; nunquam exeat: nimurum, quia non
habet vnde soluat. Et hunc ipsum adeo locum, haec, inquam Christi ver-
ba, in eam rationem exposuit olim Theophylactus, in 12. Luca: Ο κατίς
το πεντάροτο τη δεκαδότοις ἡμέας προσεπικῆς οὐ κακοποιεῖ διωδεις, καὶ λοιπὸν
ηὔπερθεν ἡμέας, αὐτοὺς δὲ, οὐ τῷ λεπτῷ μέτρῳ μετρεῖται οὐδεας διώροφος οὐ τῷ τῆς γρα-
μάτων μέτρῳ οὐ τῷ πλάνων μέτρῳ τοῦ ἀπολέλυσθαις μητρού, ἀλλὰ αὐτῷ κα-
κανθισθεῖσι τῷ διαρρέεισι φυλακῶν ἐπιστήμῃ, αὐτοῖς δὲ τοῖχον λεπτού-
ντος μηρού πλάνων τῷ μετρῳ διώροφοι, ταῦταιοιο ὁι αἰδος ὑπόλαπτοι: In-
dex ministro tradit nos, scilicet potestatis cypriani paenitentiam, & afflagenti.
Et deinceps punit nos: usquedum etiam minutorum ponas dederimus, ultio-
nisq; mensuram expluerimus. Atqui, nunquam expletur ultionis mensura:
semper ergo puniendi sumus. Etenim, si eo usq; in carcere futuri sumus, donec
reddiderimus nouissimum minutum: nunquam autem futurum est ut id red-
damus, manifestum est futuram paenam eternam. Euthymius: Donec omne id
sustineas ad quod condemnatus eras, hoc est, nunquam inde exhibis, ad hoc enim
condemnantur huiusmodi, ut semper puniantur. Zacharias Chrysolop. Donec
quod hic ponitur, tale est, quale illud, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum. Non ergo hic finem poena significat, sed semper sol-
ueris nouissimum quadrantem. & nunquam de solvitur, quia non exhibet locus venie-

XII. Lyranus: *Id est, nunquam exhibis, quia in inferno nunquam est possibilis redditio.* Thomas, in Cathena in Lucam, ex Beda: *In carcere, id est, in infernum, ubi quis semper soluet paenam patiente, sed nonnquam persoluendo, veniam consequi non poterit, nunquam exinde exhibit, sed cum terribilissimo serpente Diaboloparvitas paenam luet.* Carthusianus in Matth. *Id est, pro minima culpa satisfacias, hoc est, nunquam redimeris, quoniam in inferno nulla est satisfactionis.* Idem in Lucam: *id est, pro minimis culpis debitum tuleris paenas, quod nunquam implebitur, quia nunquam plenaria illud debitum persoluetur, eo quod pena eterna debeatur peccato mortali directe, sed venialibus peccatis non debetur pena eterna, in quantum sunt venialia, sed ratione adiuncti, id est, peccati mortalis fibi annexi.* Denique, *quod ait, donec quamuis frequenter accipiatur inclusum, hic accipitur exclusum;* scilicet cum dicunt iste non recessit a suo errore, donec obiit. Sic quoque sumitur in Scripturis, quum dicitur, *Oculi nostri ad Dominum Decum nostrum, donec miscreatur nos.* Et, *Non cognovit eam scilicet Joseph Christiferam Virginem donec periperit Gorrauus: In carcere, scilicet, inferni.* Dico tibi, non exies inde donec etiam nonissimum minutum, *id est, paenam pro peccatis minimis scilicet venialibus, redas: quoniam scilicet semper redes,* Et, *nunquam persolues,* & ita semper punieris.

XII. Sic illi olim: qui, puto, didicerunt ab Augustino: cuius haec verba sunt, ex primo, de consensu Euangelistarum: Donec solus autem quod dictum est, miror si non eam significat paenam, qua vocatur aeterna. Vnde enim solitus illud debitum, ubi iam non datur paenitentia, & correctionis locus? Ita enim fortasse hic positum est, Donec solus: quomodo in illo, ubi dictum est, Sede a dextris meis, donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. Et, paucis interpositis: Quemadmodum ergo ibi intelligitur, de quo dictum est, oportet eum regnare, donec ponam inimicos suis sub pedibus suis, semper regnaturum, quoniam semper illi erunt sub pedibus: ita hic accipit potest, de quo dictum est, non exies inde, donec solus nouissimum quadrantem semper non exiturum esse, quia semper soluit nouissimum quadrantem, dum semper in paenam terrenorum peccatorum luit. Et, quae Euang. libr. 2. q. 38. Quod a. dicit, ad ea loca in quib. torquentur impij, iustos, etiā si velint, non posse transire, quid aliud significat, nisi post hanc vitam ita receptis in carcere, ut inde non exeat donec reddant nouissimum quadrantem, per incommutabilitatem divinae sententiae, nullum auxilium misericordia posse perberi a iustis, si fieri possunt illud donec?

XIV. Quid? quod eandem viam iniere recentissimi Papist^z non pauci? Ianuenius Concordiae c. 40. Per Donec, non significatur, quod ad rem parabol^a pertinet, debitum aliquando persoluendum & tunc debitorem liberandum, sed, locutione parabola conuenienti, significatur extrellum ius, & debitum ab eo requiendum, & ec prius è carcere liberandum, quam omne debitum persoluerit. Semper a manet dammatorum debitum: nec unquam ab eis exsolvi potest: semper ergo necesse est manent in carcere, eternum soluentes supplicium. Indicabo reliquos: longum enim esse describere, Maldo, in 5. Matth. Toletum in 12. Luc. Salmer. rom. 5 tract. 17. Stellam, in Luc. 12.

XV. Hos ego testes om̄es opponere possum, tum Bellarmino, tum reliquis ex ea phraſi Purgatorium elicientibus, nec nomine maioriſbus, nec numero. Audiam tamen contra d̄iſputantem Bellarminum, gemina ratio- ne, tum autoritatiſbus. Ratio prior, quia illud, donec, nō videtur recte poſſe dici, niſi aliquando ſit futurus finis ſolutionis. Sic enim licere in exemplis inferri, ergo illa aliquando paritura erat: & ergo aliquando ponentur om̄es inimici Christi ſub pedibus eius: alioqui illud, donec, ineptè dicere- tur. Similiter ergo etiam, aliquando ſoluerit ultimum quadrantem.

XVI. Imo, quicunque testes nominati sunt, hoc ipsum negant, quod Bellarminus ponit: nimirum; aliquando videri futurum finem solutionis. Neque profecto Bellarmino maior aut autoritas, aut experientia, quam illis. Errato fallit ille in comparandis exemplis. Ut enim concedam aliquando futurum, ut ponantur inimici Christi sub pedibus eius: at non tamen, aliquando futurum finem huius subiectionis: qui tamen est rei cardo. Nam, futurum ut soluant ultimum quadrantem, nemo negare professus est: itaque, non fuit Bellarmino confirmandum, sed absurdè dici, illud, donec, nisi esset futurus finis solutionis. hoc vero posuit quidem Bellarminus: sed nullus probat Bellarminus: nostri autem testes omnes negant. Fateor quidem, non omnibus huiusmodi phrasibus hanc vim esse perpetuitatis: neq; vero viius asseruit, sed quibusdam esse, satis est.

XVII. Altera ratio est ex fundamento & scopo ipsius parabolæ. Nam similitudo non est sumpta, inquit, ab homicida, vel adultero, vel prodiatore: qui damnantur ad mortem, vel ad perpetuos carcera, vel tibi renes: sed à debitore, qui non propter crimen, sed propter debitum pecuniarium coniicitur in carcerem, donec soluat. Solent autem huiusmodi homines ordinari egredi post aliquod tempus, ut patet.

XVIII. Non est sumpta parabola ab ijs qui ad mortem, aut perpetuos carceres damnantur. Quid tum, inquam? An nescivit Bel'atminus debiti nomine, omne genus peccatorum comprehendendi in Scripturis Sanctis? Nisi forte oratione in Dominicam nihil pertinere putauit, nisi ad quædam peccata duntaxat, non vero omnia generaliter complecti. Quod ne putem ipse obstat, de bonis operibus lib. i. c. 6. exponens orationem Dominicam: Peccata, inquit, dicuntur debita, cum quia omnis qui peccat, iniuriam facit Deo ac per hoc debitor est satisfactionis: cum quia omnis qui peccat, legem Dei prævaricatur. Quæ vtraq. ratio non potest negari est si maximè propria peccatis grauissimis, & quæ mortalia Papistæ solent appellare: imo, si Bellarmino ipsi Bellarmino credit, eximio quodam iure: quandoquidem, eo definiente, peccatum veniale non sit proprie contra legem, sed tantu præter legem. Quare, non video, cur non omnia, & peccatorum, & peccantium genera, in hac parabola contineri putetur, etiæ eaducta sive a debitoribus pecuniarum, non ab homicidis, aut proditoribus.

XIX. Præterea, solere post aliquantū tempus egredi, non est simpliciter verū, sed addita hypothēsi, si satisfecerint. Nempe n.ō conij iuntur illi in carcere, quasi ipse carcer pro satisfactione futurus sit creditorib. sed ut detineantur interea, dū satisfecerint: vnde disertè dictum: *Non exhibis, donec solveris.* Itaq; non est verum, omnes solere exire, sed tantum quosdam: videlicet eos, qui tandem satisfacerent. At qui non possunt satisfacere, horum infinita sunt per singulos dies exēpla, quos carcere sola mors liberat: vt his verè dicantur perpetui esse carceres, æquā ac maiorum criminum reis.

XX. Ea cœla est, cur nostri testes curiosi se hanc partem exprimunt: ut Ians. Semper a manet damnatorū debitum, nec unquā ab eis exsolvi potest. Theophilus dicitur: Nunquā expletur pœna mensura. Toletus, in 12. Luc. Conformis est huic, locus ille Matth. 18. Ille ne debitor qui debebat decē milia talenta, nec habebat unde redderet, quia cōseruū non est misertus, missus dicitur in carcere, quoniam redderet omnium debitū, nō significatur hic quod reddiderit, & postea sit egressus, nā diutum est, non habuisse unde redderet, sed tantū significatur, non aliter egressus. Quāquā parabola est, Bellarmino sumpta ab iis, quos tunundis dicis, soluere post aliquantum temporis egredi-

XLI. Non debuit igitur Sophista, ex eo quod interdum accidit, calumnias truerre; sed de eo disputare, ytruhoc peccatum sit eiusmodi, ut possit pro eo tandem poenis penitus excolutis liberari. Quod nos quidem facile probamus fieri non posse. Quia, Matth. 5. sermo est de ira in proximū: quæ est peccatum mortale, quod apud Deum eodem sit gradu, quo est apud homines homicidium. Tum a. supponitur is, qui sic iratus non reconcilietur fratri suo. Atqui manifestum, ne contradicentibus quidem Papistis, eorum peccatorum poenas esse æternas.

XXII. Deuentum tandem ad testes veteres, quorum autoritate, quod nullis potuerunt rationib. sperat se impetraturos. Ii sunt Tertullianus, Cyprianus, Origenes, Eusebius Emissenus, Ambrosius, Hieronymus, Bernardus. Sed hi testes, inquam, præscribuntne omnibus alijs legem? vt quæ aliorum sententia erit, ea nulla sit? Sin a. aliquod sit etiam aliorum momentū. Ergo, vt minimum, ambiguis locis erit: quādoquidem nos etiam nostros testes opponimus. Et l. cebit à personis ad argumentorum prouocare pondera, vbi nihil erit, quod metuere debeamus. Hoc erat in primis Bellarmino considerandum.

XXIII. Præterea, quid nominatus prodest Bernardus? Recentissimus autor, & eorum temporū, quum nemo negat præualuisse non Purgatorij tantum errorem, sed & alias non paucos. Hieronymū vero potuit facile præterire. Quid n. ille? Hoc est, quod dicit, non egredieris de carcere, donec etiam minuta peccata persolua. Esto:led quid in ijs pondus? Probandum erat, liberari aliquos ab eo carcere. At Hieronymus hoc non dicit: sed ipsum quod in textu: non egressuros, donec persoluerint etiam minuta peccata, quod nos probauimus, non significare egressuros. Origenes, qui omnibus, etiam dominatis; imo ipsis Diabolis, purgatorias penas affligauit, potuit ne incommodus esse Papistarum Purgatorio? Sed potuit sine dubio incommodus esse veritati.

XXIV. At Tertullianus, profe^cto, Purgatorium nullum neq; nominat neq; indicat Ille, inquit, te in carcerē mandet infernum, unde non demittaris, nisi modico quoq; delicto mora resurrectionis expenso. Quā verba sunt ex 35. c. de Anima. Ethāc ad Purgatorium quomodo pertineant, neq; ego videre possum, neq; Bellarminus docuit. Quid Bellarminū dico? Ne Pamelius quidē: qui potius visus est lectorem ludibrio habere: Si modicum, inquit, quodā delictum mora resurrectionis expendatur: certè facit hæc interpretatio pro purgatione animarum; ost. hanc vitam, à modicis quibusq; delictis, atq; adeo etiā pro

Purgatorio. At non, si Pamelius ad pronuntiandum audax fuit, nos erimus ad credendum temerarij. Enim uero, mora resufectionis, qua ille vult expendi peccata, quid ad Purgatorium; quid ad Papisticum? Nisi forte Papistis perinde est, quo modo aut expendi dicas, aut purgari, aut quicquid quis volet. & nullam certam habent ea de re constitutamq; doctrinam cui haec reant. At qui haec tenus docuerant, opinor, purgari peccata poena, non damni, sed tensus. Nam poenam damnii, etiam in Limib; utriusque constituebant, & in gehenna: vbi tamen nihil purgari. Mora autem resurrectionis, profecto neque est, neque dici potest poena sensus. Preterea expendi mora resurrectionis, quid potest aliud esse, quam pro varijs peccatis alios alijs resurgere serius, citiusve. Hocce Purgatorium est, & Purgatorium Papisticum? At haec profecto nulla Christi mens erat, qua de nunc agitur.

XXV. Cypriani locum, ex epist. 52. sapiens recitatum vidi, quam consideratum: Aliud est, ad veniam stare: aliud, ad gloriam peruenire: aliud, missum in carcерem non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem: aliud, statim fidei, & virtutis accipere mercedem: aliud, pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne, aliud, peccata omnia passione purgasse, aliud deniq; pendere in die iudicii ad sententiam Domini: aliud, statim a Domino coronari. Hunc, inquam, locum a nemine ferme omnissum vidi, sed a nomine tamen expensum particularitatem, vt constaret, quare Purgatorium statuat. Tatum apud Pamelium lego. Eadem sunt Cypriano, ad veniam stare: missum in carcерem non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem: & pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diu igne. Eadem etiam e contrario, ad gloriam peruenire, statim fidei & virtutis accipere mercedem, & peccata omnia passione purgasse. Per quod distinguit haud dubie statum lapsorum post hanc vitam, qui nondum paenitentiam compleuerant, a statu Martyrum: atq; adeo mire facit hic locus ad confirmandam Ecclesias traditionem de Purgatorio.

XXVI. Statum, inquit, laplorum post hanc vitam. Facilius, inquam, ponam, quam probari. Nam cur non statum in hac vita? Id tu nullo vel signo euincis, & nos vis nullos persuasos iudicio concedere: & nisi ergo, ob bene: at nes desimus vesci lolio. Censemus ergo cōparari statum paenitentiam in hac vita, cum statu Martyrum post mortem. Ad hunc pertinere & illud, ad gloriam peruenire, & qua cunq; irodwā μ. Pamelius obseruauit, ad illum vero & illud, ad veniam stare: & missum in carcерem, non exire nisi luto nouissimo quadrante, & longo dolore cruciatum emundari, purgari que diu igne. Nam his omnib; allegoricè designari statum eorum, qui paenitentiam sollemnem agerent, nihil absurdum est potest. Nam huiusmodi ad veniam stabant exspectantes Ecclesias reconciliationem, & tenebantur per soluere ultimum quadrantem, id est, satisfacere: & longo dolore cruciabatur, quem, ut eadem epistola loquitur Cyprianus, trahebatur diu paenitentia & rogabatur dolenter paterna clementia. Et hic dolor, imo vniuersa haec paenitentiae probatio, cut non ignis? quod tamen suo loco visum imus.

XXVII. Hoc certe verius, vel saltem propinquius vero. Nam alioqui, supponi oportet agi de ijs, qui nondum paenitentiam compleuerint, quod Pamelius exprimit: quod tamen nihil est in vniuerso contextu, quod redoleat. Imo contra agitur de ijs qui admittentur ad pacem Ecclesie post lapsum: nec recipiebantur nisi post satisfactionem, vt alias docuimus: non ne ca tum erat ἀνέξια, quam in exit in Papatum impunitia, vt prius reconciliati, post agerent paenitentiam: sed ex parte oportebat paenitentiam assignatam, post admitti: vt in Trophimi exemplo, illa eadem epist. Quoniam εὐτρόφημοι pars maxima plebis abscesserat, redemptio nunc ad Ecclesiam Trophimo, & satisfaciens, & paenitentia deprecationis errorum pristinum confitentes, & fraternitatem, quam nuper abstraxerat, cum plena humilitate & satisfacione renoscant, audite sunt etis preces, & in Ecclesiam Domini, non tam Trophimus, quam maximus fratrib; numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est.

XXVIII. Præterea, ij qui essent in Purgatorio quam absurdè dicentur, Stare ad veniam? Et, pendere in die iudicii ad sententiam Domini? Nam in Purgatorio nulla venia est, sed certa poenarum perfolutio. An autem is ster ad veniam, à quo exigantur poenae, ad ultimum quadrantem usque, facilè vident omnes. Sed, & pendere a sententia Domini, quid est, nisi adhuc sententiam expectare, & dum exspectes in incerto esse, qua nam illa sit futura? Atqui, Purgatorijs incolas Papistæ negant pendere incertos suæ sententiaz: sed esse potius latutis futurae securos.

XXIX. Nam, quod hoc iudicium Pamelius interpretatur diem particularis cuiusque iudicij, nihil habet verisimilitudinis. Nam, si statim vt exhalatur anima, profertur sententia, tum nemo potest dici pendere, hoc est, incertus esse. Neque video, quomodo hoc somnium colligatur ex opposito, quum dicuntur statim coronari Martyres. At qui, inquit, si ad diem iudicij usq; differenda esset corona Martyrum, non statim coronari, non statim fidei ac virtutis mercede accipere, dicerentur. Recte hoc quidē infertur, inquit, sed illud antecedens, quis posuit inquit, Martyres non statim coronati? At qui oppositio manifestior est, quam ut dissimilari possit. Martyres quidē statim à morte sua coronati: sed hos paenitentes differunt in ultimum diem iudicij, tum demum iudicandos. Atque ita cum ijs sentiret Cyprianus, qui purgationis animarum eundem finem statuant cum vniuersi interitu. Quod statumen non est necesse: & multo simplicius videtur oponi mortem Martyrum, ei quod adhuc superevit vita lapsis: qui suo lapsu redimunt aliquantulum adhuc vitæ: sed magno suo detimento: quum & amittant præsentem occasionem accipiendæ coronæ, quam Deus obtulerat, & gravitati paenitentia se obnoxios reddant. Breuitè, peccat Pamelius: quod somniet illud, pendere in die iudicij, communiter referri, tam ad Martyres, quam ad lapsos, quum tantum dicatur de lapsis.

XXX. Ambrosius script in 12. Luc. Quadrantem in balneis dari solere reminiscimur, cuius oblatione, vt illuc unusquisq; lauandi accipit facultatem, ita & hic accipit eluendi: quia vnu/cuiusq; peccatum supra script. & genere conditio[n]is eluitur, eum tamdiu exercet noxijs poenis, vt commissi supplicia erroris expandat. Euf. Emis. etiam, horil. 3. de Epiph. Hi qui tempore libris poenis digni geserunt, ad quos sermo Dei dirigitur, quod non exent inde, donec reddant nouissimum quadrantem, per flumen igneum, de quo Propheticus sermo commemo[r]at. Et flumen rapidus qui currebat ante eum, per vada feruentibus globis horrebat transibunt. Hac illi, fatetur: & quidem manifesta, de purgatione animarum per poenas, sed de Purgatorio Papistico, non opinor: sed, vt plurimus

Patrum numerus, de postremo iudicio, in quo purgatorias poenas crediderunt futuras: sicut & alias diximus, & iterum plenus dicturi sumus. Eusebius ille quidem tempus nullum adscriptis: sed Ambrosius dicit extrimum iudicium paulo ante indicauerat: Vis scire Christum esse iudicem, qui exactori tradit, & in carcerem mittit: ipsum interrogatio ipse in Evangelio dicentem: Tollite, & mittite illam in tenebras exteriores. Exactoris quoq; suos ipse monstrauit alio loco, ubi dicit: Sterit in conformatio[n]e seculi: exhibent Angelos, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.

CAP. VIII.

De liberatione à poenis, ex Veteri Testamento.

I. **Q**uarta argumentorum Papisticorum classis, est à liberatione poenarum post hanc vitam. Primum ex 1. Sam. 2. Dominus mortificat, & vivificat: deducit ad inferos, & reducit: Dominus pauperem facit & dicit: humiliat & subleuat: suscitat de petiente egenum, & de fercore eleuat pauperem, ut se deat cum principibus, & solium gloria teneat. Citant Peltanus, & Feuardentius. Ille, difficultè explicatu, asserit, quomodo Deus ad inferos ducat, & reducat, nisi aliquid post haec vitam extet Purgatorium. Non enim de damnatis verum: quia semel in profundum illud chaos deiciti, nunquam emergunt. Nam, qui ab inferis reducuntur, ad celestem beatitudinem transierunt: teste Ionathain Targum. Nec verum de Patriis, in Limbo: quia hic locus non loquitur de eo, quod semel duntaxat factum fuisse, quod secundum diuinæ prouidentiæ sapientiæ que ordinem, fit subinde. Quum ergo apud inferos non sint alia loca, quam Purgatorium, planissimè statendum est, de Purgatorio sermonem hic institui.

II. Argumentis tota in distributione. Non loquitur de inferno Damnatorum: non de Limbo Patrium: Ergo, de Purgatorio. Mirto antecedens sed certe neganda est consequentia: vt verissimum sit, neq; de Inferno, neque de Limbo, neq; de Purgatorio. Et fanè Bulengerus contra Plessuum hunc ipsum locum ijs accenset, quos negat satis firmos ad probandum Purgatorium: ne quisquam miretur fortuito omnissum à Bellarmino, & ajijs plurimi.

III. Et sanè Lyranum audi: Deducit ad inferos. In Hebreo habetur, ad fossam, id est, sepulcrum. Et reducit: quia aliquando contingit, quod aliqui de quorum sepulcris iam tractatur, ad vitam referuantur: sicut de Ezechia habetur quarti Regum 20. Hugo: Deducit ad inferos. Metaphorice loquitur, & est sensus Dominus deducit Phenennam ad inferos, id est, ad summam afflictionem id est, ad hoc, vt videret stragam filiorum suorum: & amulam suam, quam prius despiciebat, quasi sterilem in filiis iocundari. Inuidia Siculi non insenare tyranni maius tormentum. Et reducit ab inferis Annam, scilicet, dans ei liberos. Quod autem nomine inferni intelligatur grauis afflictio, habemus Ecclesiasticū ultimo, ubi dicitur: Confitebor tibi, Domine rex, quia liberasti me: & infra. De altitudine ventris inferi, id est, de graui & profunda tribulatione. Carthusianus. Reducit mortuos suscitando, vel eos qui lethaliter infirmanteur curando. Tales enim erant, quasi in via ad inferos. Sa: Inferos, id est sepulcrum, repetitio praedictantis.

IV. Hanc illi ratiōnē interpretationem proponunt. Vnde manifestum peccatum Sophistarum, presupponentium tanquam certum & per se perficium, quodq; nulla confirmatione indigeat, agi de liberatione animæ post mortem, à poenis pro peccatis. Quod tamen alienum est à contextu, quū potius intelligenda sit liberatio, vel à morte corporis proxima, per restitutionem sanitatis: vel à morte præterita, per resurrectionem, vel etiam metaphorice de liberatione à graui quacunque afflictione: quā certe non magis ad Purgatorium pertinet, quam ad Infernum, aut Limbos.

V. Verum, ridet Peltanus vrgentes vocem Hebraicam, שׁאול, sepulcrum: Et improbat gemino arguento. Et, quia vox ea significet vñstatis infernum: & quia nihil aliud esset ad sepulcrum deducere, & inde deducere, quam mortificare, & vivificare. At, non sit verissimum, Spiritum Sanctum per organum suum voluisse σωτηρίαν, aut aliquid omnino depromere, quod ad rena non faciat maximē.

VI. Sed de significatione vocis Hebraicæ, disputatum alias. Et hunc ipsum locum exponens Rabbi Leui ben Gerson, שׁאול להיזהו, בברן הארץ, vocatur sepulcrum, eo quod sit in ventre terre. Et Lyranus, vt audiimus, dixit Hebraicè esse fossam, id est, sepulcrum. Περισσολογίου hoc loco, cur obijcit Spiritu Sancto, potius quam alijs infinitis? Est enim vñstatis maxime in ea oratione, qua pœfip redoleat. Atq; adeo hoc ipso loco Leui ben Gerson, מְאֹל לְעֵינִי כַּפּוֹל הַעֲכָן כְּמֻלּות חַנּוּשׁ וְאֶמְרָה מְרוּד. Dixit deducens in sepulcrum, & educens, ad geminandum sensum variatis verbis. Imo, Sa, Iesuita & que cum Peterio: Repetitio, inquit, precedentis. Quā quā hæc μελοθορεία nulla est: sed eiusdem rei vñtilis congregatio, ad maiorem audientium motum.

VII. Ex Psalm. 49. Verūtamen Deus redimet animam meam de manu inferi: cum a caperis me. Feuardentius: Cum satis exploratum haberet Prophetia animas damnatorum nulla redemptione liberari, per hæc verba, de manu inferi, notauit locum illum profundum, tenebrosum, poenis expiatorijs plenum: à quibus se redemptum iri confidit, si eo vñquam deuenerit.

VIII. Facile intelligo, sic concepisse Monachum: sed Monachorum conceptus solenni iampidem consuetudine discesserunt à ratione: itaque, mouent neminem: vt, ne quisquis miretur solitarium esse in hoc arguento. Feuardentius, ridiculè concludentem, ab excluso inferno damnatorum Purgatorium: quasi certum esset infernus nomi[n]e, & vñrumque contineri, nec nisi vñrumque. Atqui, neque vñrumque continetur, nobis iudicibus: nam, Purgatorium ne potest quidem, quum sit figuratum in rerum natura, & alia quædam dari possunt: Nam, primo, fuere qui Limbos Patrum assererent, qui quamvis ipsi etiam peregrinum commentum in Scripturam inuixerint, tamen Feuardentio refutando sufficiunt.

IX. Bellarminus: Videtur hoc loco prediceret redemtionem quæ est in Christo Iesu,

sto Iesu. & descentum eiusdem Christi ad inferos: tunc enim per soluto pretio sanguinis redemit de manu inferi animas iustorum, cum descendens ad inferos accepit eas, & ad se assumpit. Si veteres Patres, Basilius, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, & Eusebius. Aignanus, significatur etiam inferni nomine, locum inferior, ad quem ante Christum omnes quantumcumque iusti descendebant, licet diuersimode: de quo inferno sanctos Patres redemit, cum illos secum extraxit, ibidem dimittendo reprobos. Franc. de Puteo, in Cathena: De manu inferi, id est, de potestate Diaboli: qui ante aduentum Christi animas detinebat, vel, secundum Cassiodorun, siue hoc Dominus Christus de se dicat, siue a parte membrorum suorum, ut affoleat, loquatur, commodum est: ipse enim descendens, medium animam suam ab inferno liberavit, sed simul & illorum qui aduentum eius constanter animo crediderunt. Mitto alios.

X. Quid? quod in precedente loco obseruatum est, inferos vel propri pro sepulcro sumi: vel metaphoricè, pro qualibet vehementi afflictione? Aut, quid erit in eodem modo, si Prophetam dicamus, sibi certissimum pollicitum esse a Deo auxilium aduersus omne genus calamitatis, etiam desperatissimas? Quid si mortem? Autor Chrysostomus, homil. de Cæmetrio, apud Gretserum de Cruce, tom. 2. vxi: θάνατον μείζονα τὸν αὐτὸν καὶ τὸν πόνον. Θάνατον μείζονα τὸν αὐτὸν πόνον. Itaque Mollerus, non quenam in periculis temporalibus, sed pergit ad dolores propter sensum peccati, & ira Dei, longè maiores & aciores, quam sensum seu meritum externorum periculorum. Sed, vt cuncti, erit, siue Limbi, siue pericula externa, siue gehenna, ridiculus erit Purgatorium.

XVII. At Iansenius aliter: Ob id quod misericordia tua magna declaratur in me: quodq; erueris animam meam è summis periculis, in quibus versaberis veluti ex inferis ad superos renocaueris. Nimirum, inferos metaphoricè explicans: & causam habuit, opinor, quod se iam liberatum David diceret: quod neq; de Limbi verum esse patitur, quod de ijs solet tradi, neq; de inferno gehenna, quod prohibeant Papistæ, nese quis confidat eo penitus liberatum. Neq; habet absurdum quicquam, quo possit impugnari huiusmodi interpretatione: & Caluino placuit. Sed nos tamen illam de gehenna preferimus, longe amplioris visus & consolationis, & vere propriam fidei, quæ est, οὐδὲν τέλος ἡ ζωὴν. Itaque Mollerus, non quenam in periculis temporalibus, sed pergit ad dolores propter sensum peccati, & ira Dei, longè maiores & aciores, quam sensum seu meritum externorum periculorum. Sed, vt cuncti, erit, siue Limbi, siue pericula externa, siue gehenna, ridiculus erit Purgatorium.

XVIII. Psalm. 89. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Hic Feuardentius: Si Deus eruit quasdam animas de manu inferi, vt vicam beatam eis impietiat, eas liberaet, quæ sunt in inferno Purgatorio, & non quæ in reprobatorum gurgite.

XIX. Scilicet, nihil erat huic viro pensi, nisi vt corraderet, quicquid occurreret liberationis ab inferis, & habuit hoc fixum, nullam illam aut esse, aut dici posse, nisi a Purgatorio. Nempe:

Quidquid agit Rufus, nihil est, nisi Nauia Rufo.

Nauia si non sit Nauia, mutu erit.

Enimvero immanis haec importunitas est: quoties inferos legant, nihil nisi Purgatorium clamare: neq; aut originarij textus verba curare, aut circumstantias attendere, aut deniq; quicquam considerare præter nudum aliquius, cui infeti nomine impositum est, placitum: quasi nemini post primos sapere liceat.

XX. Verus lensus est, neminem hominum posse vitare mortem, sepeliri. Nam, aut nunquam, aut hic certè Ηνώ est sepulchrum. Agnouit Emanuel Sa: Inferi, id est, sepulcri: quasi dicant, cum sit tam breuis vita, & certa mors cur sic permittis affligi homines? Iansenius: Nullus enim est homo quantumvis etiam fortis, qui ita viuat, vt non sit moriturus: quiq; vitam suam uerare possit de potestate mortis. Cur nos hinc iubebit discedere, quantum est monachorum? Et tamen, qui hanc simplicitatem negligunt, de limbis loquuntur, non de Purgatorio: Bellarminus: Lorinus, Carthusianus, Lombardus, reliqui, etiam Genebrardus: quanquam indicet Rabbi Kabuenaki exponere de Purgatorio.

XXI. Superest Psalm. 66. quo non Vigortantum & Feuardentius revertuntur, sed ne Bellarminus quidem abstinet: Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Potest quidem habere varios sensus, inquit Bellarminus: tamen Origenes hom. 25. in Numer. & B. Ambrosius, in Pial. 6. & serm. 3. in 118. exponit per aquam, Baptismum: per ignem, Purgatorium. Feuardentius: Loquitur sub persona Sanctorum, qui iam in Paradiso peruerterunt, tam per huius seculi calamitates, quas præsenti, fortis, animo pertulerunt, quam per formidabiles flamas, ardore, aliaque supplicia Purgatorij, quibus exerciti, & tanquam aurum in fornace purgati fuerunt.

XXII. Potest, inquit, habere varios sensus: Ergo, inquam, demonstrationem nullam: nullam enim potest οἴησθαι: Saltem ostendentes, Bellarmino, hunc tuū esse potiorem. At nos ostendimus absurdum, quia mentitus esset Prophetæ quoniam diceret, se transisse per Purgatorium: qui tamen erat in viuis adhuc. Nam Feuardentij somnium, de persona Sanctorum, scilicet defunctorum, somnum est, præterea nihil. Contextus docet, agi de viuentib; qui gratiæ agunt Deo, quod se eruerit ex multis angustijs, & omnes homines in terra degentes, eam ob causam hortantur ad laudem Deo dandam. Hinc enim prima verba: Jubilate Deo omnis terra: id est, inquit Genebrardus, terrarum omnium incole: Iansenius: Quotquot inhabitatis terram Lyranus, Omnes habitantes in terra. Scilicet, periuadebit Feuardentius, hos laudatores Deum pro liberatis è Purgatorio. Nam, quod Bellarminus exponit: Omnes electos ex uniuersa terra vocatos: quia post resurrectionem intelligit, nouum est, & caret exemplo.

XXIII. Præterea, si introducuntur laudantes post perfectam resurrectionem: vnde illud: Qui exasperant, non exaltentur in semetipsum, id est, ininterprete Bellarmino: qui exasperant tam poterem & sapientem Dominum, non superbiant, non glorietur de suis viribus, quia non effugient manus Omnipotens, & omnia videntis Dei: nam, qui illi erunt post resurrectionem, qui superbiant, quasi effugient manus Dei?

XXIV. Tertio, quinam illi sunt post resurrectionem, post liberationem à Purgatorio, qui pollicentur se reddituros vota sua: Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea, & loquutum est os meum in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arrietum: offeram tibi boves cum hircis. Aut, quis ignorat, hac familiaria fuisse fidelibus viuentibus, & promittentibus le beneficiorum acceptorum fore memores & gratos.

XXV. Argumentum tum Psalmi, docet Iansenius, gratulationem de liberatione populi Israëlitici à tyrannide impiorum; Lyranus & Aignanus designant seruitutem Ægypti. Mollerus, Psalmum compositum esse post aliquam insignem liberationem populi, quæ cuncti, tandem illa fuerit. C alius, eti fieri potuerit vt Prophetæ vnam præcipue liberationem sub persona Ecclesiæ celebrarit, multiplices tamen gratias complecti, quibus Deus electum populum persequi non destiterit.

XXVI. Hoc argumento posito, illa verba facilia sunt: Caluinus: Per ignem & aquam minimè dubium est, intelligi multiplices grummas: ac sensus est, nullum fuisse afflictionis genus, quo non exercuerit Ecclesiam suam Deus. Iansenius: Varias, maximasq; calamitates experti sumus, quibus propter modum tanquam igne quodam absorpsi: & quasi aqua inundante demersi eramus. Paulo aliter Aignanus: Hic per ignem significatur aduersitas: sed per aquam prosperitas, secundum Glossam. Lyranus: Per ignem, id est, per laborem ignis ad coquendum: &

XII. Amplexi quinetiam Papista sunt. Carthusianus, Veruntamen redimet Deus animam meam de manu inferi, id est, de causa ac merito cadendi ut pœnas inferni, id est, de peccato mortali & seruitute Diaboli: cum acceperit me, id est, cum gratiosè, & misericorditer egerit mecum, virtus ignoscendo, & gratiam infundendo. Vel, redimet de manu inferi, id est, de omnipotestate Diaboli ac pœnis inferni, cum acceperit me ad immortalitatem ac impassibilem statum, videlicet, in die iudicij, quando dicturus est iustis, Venite benedicti Patris mei. Iansenius, At vero, cum Deus me, aut quemcumque virtuti studentem ex hoc mundo suscepit, animam meam de potestate inferni liberabit, nec sine ab inferno rapi, ac detineri cruciandum aeternis cruciatiibus. Lorinus, Misericibilis & infelicissimus reprobator in inferno status cum sit is, quem dixi, spero, si, ut etiam volo dederò pietati operam, fore ut cum ex hoc me Deus mudo euocauerit, non finat animam meam in damnatorum descendere locum, ubi suriet aeternis pœnis, sed in beatorum domicilium, ut ipsomet fruatur Deo. Et, nominatis ijs, qui de Christi descensu interpretabantur: Primum, inquit, iudicio aptissimum sensum de damnatorum loco tormentisq;: hanc enim in praecedentibus versibus duobus habebat significationem inferni.

XIII. Refumamus summam breuissimam. Redimet de manu inferni, vel ne experiar, vel ne peream expertus. Ne experiar, nimur aeternas pœnas, debitas peccatoribus in inferno damnatorum. Et hæc explicatio placuit Papistis: etiam laudata tanquam aptissima. Vbi ergo Purgatorium? Ne peream expertus, vel huius vitæ incommoda, & quibus etiam maximis plerunq; Deus liberat suos, tum maximè, quum spes nulla super est. Et vbi Purgatorium? Vel expertus Limbos, si quæ fides Limbi olim detinenterib; Patres: Et vbi Purgatorium? Sic monachi norunt nugari, etiam serio.

XIV. Rursus nugas. Psalm. 86. Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in aeternum, quia misericordia tua magna est super me, & erueris animam meam ex inferno inferiore. Hic, inquit Feuardentius, Bearus Bruno, religiosissimum Carthusianorum Patriarcha ante quadringentos annos docuit his verbis, carcerem purgatorium designari, vel ratione Limbi Patrum, vel respectu istius terrarum orbis: vterq; enim locus est Purgatorio altior, & superior.

XV. Magnus vir Bruno scilicet: & eo nomine in primis commendandus, quod Carthusianorum autor fuerit: quod genus hominum vulgus appellat, Porcos Domini, propter genus vitæ proflus publico inutile. Sed huic Carthusianorum Patriarcha, cuius ego quidem commentarios in Psalterium non vidi, exiguum habuisse videtur fidem magni nominis Carthusianus Dionysius Rickel, qui vulgo solet *ai νυνικῶς*, Carthusianus audire. Is enim, Purgatorio procul alegato, Limbus substituit, unde futerit anima Christiliberata. Id est, inquit, ex Limbo inferni infra terram existenti: Ex hoc inferno eruit Deus animam Christi tertia dies. Anverus, Feuardentij sicut hoc loco, vt alijs, fuisse puncum: Notauit Lorinus, commentarijs in hunc locum: Augustinus hoc lo: explanat solum infernum inferiorem de loco damnatorum, vel illo in quem descendit Christus, qui erat Limbus iustorum: non autem de Purgatorio, quod eidem auctori, atq; Cassiodoro, & Brunoni Carthusiano Feuardentius tribuit, qui nihil aliud quam Augustinus docent. Nec ullum legi qui probet hoc testimonio Purgatorium.

XVI. Sed alij longè aliter. Emmanuel Sa: Quasi dicat, de morte aeterna. Bellarminus: Hoc est beneficium, pro quo gratias agi: quia videlicet ex magna misericordia sua Deus, non ex meritis ipsius hominis supplicantis, eruerit animam eius ex inferno inferiore, id est, iustificauerit eum a peccatis, ob quæ ad infernum inferiorem decesserat, nisi per gratiam liberaretur. Et vere iam magna misericordia Dei est ea, quæ nos ex iniustis iustos facit, quam magna est poena gehenna perpetua, à qua liberamur, & quam magna est felicitas aeterna, ad quæ

dum: & aquam, quam pertabant propriis humeris, ad commiscendam cum terra, ut inde lateres formarentur. Sa: *Varias tribulationes*. Genebrardus: *Per ignem & aquam prouerbialiter, quia ignis erit, aqua mergit & suffocat, varia & contraria pœnatum & calamitatum genera. Nam afflictiones, sicut & prosperitas, sunt à Domino. Deniq; Bellarminus ipse, Hec est ultima metafora qua Propheta pulcherrimis similitudinibus post aspectum ponit supplicium Sanctorum. Et post: Per ignem intelliguntur atrociora supplicia, flagella, vulnera, cedes, combustio, per aquam, supplicia lenta, sed diurna, ut exilia, carceres, nuditas, fames.*

XVII. Qui aliter interpretati sunt, decepti fuerunt ab editione Graeca, quæ Psalmi titulum præfixit, *ψαλμοὶ ἀναστάσεως*: Vnde Latina fuit, *Canticum Psalmi resurrectionis*. Sed Bellarminus: *Non habetur in Hebreo nomen resurrectionis: neq; legitur apud Hilarium: & Theodoretus testatur, non esse in editione Septuaginta Interpretem, sed postea additum*. Non ergo, inquam, authentica causa fuit: quandoquidem non à Prophetæ ipsius autoritate. Nam, quod prudenter additum Bellarminus afferit, fruolum est: quis enim cuiquam permisit ut sua prudentia, potius quam nisi autoritate divina?

XVIII. Ito nunc & Purgatorium indestabilito? Imo, inquit, Origenes, & Ambrosius. Imo, inquam, non Origenes. Nam in ea homil. 25. in Numeros, huius Psalmi neque mentio, neq; allusio est illa, ne tenuissima quidem. Ignem & aquam purificatio fatorum audiri: sed ex ceremonijs Mosaicis, in quibus gemina ea ratio erat purgandis res pollutas: *Quoniam cuncta haec apud Israelias immunda dicuntur, purificatio singulis quibusque competens attribetur: & ea quidem quæ ex metallis constat, ignis purificat: quæ vero fragiliora sunt, & ignem non ferunt, aqua purificari intentur.* En tibi Origenes aquam & ignem: Egregiam scilicet huius Psalmi explicationem.

XIX. Unus denique Ambrosius habuit non nihil, quo nos deludere Iesuita. Reuera enim applicat ad purgationem animarum à peccatis. Sed detorquendi ad Purgatorium, nego Iesuita causam fuisse. In 36. Psalmum: *Igne nos examinasti, dicit David: ergo omnes igne examinabimur, Et post: Ignis ergo purgabuntur filii Leui: igne Ezechiel, igne Daniel.* Sed hi, eis per ignem examinabuntur, dicunt tamen, *Transiimus per ignem & aquam.* Alij in igne remanebunt. Serm. 3. in 118. *Culpa cœpit, & Baptismus cœpit, quo purificantur qui in Paradiso redire cupiebant, ut egressi dicerent, Transiimus per ignem & aquam. Hic per aquam, illic per ignem: Per aquam ut aluantur peccata, per ignem ut exurantur.* Sic Ambrosius: sed, de Purgatorio non loqui, vim ut cuincam? Primo, per eum ignem omnes purgandos dicunt, etiam Leuitas, etiam Ezechiel, etiam Daniel. Atqui, per ignem Purgatoriū omnes transituros negant Papistæ. Secundo, in igne illo dicunt aliquos remansiros, aliquos transituros. Atqui per ignem Purgatoriū, qui transiunt, omnes transeunt, nemo remanet. Tertia, hæc diserta: Post consummationem regni missis Angelis, qui segregent bonos & malos, hoc futurum est Baptisma, quando per camnum ignis iniquitas exuretur, et in regno Dei fulgeant iusti sicut Sol in regno Patris sui. Nota primo, hunc Baptismum futurum post consummationem seculi: quod falsum de Purgatorio: deinde hunc eundem Baptismum segregaturū bonos & malos: quod rursus falsum de Purgatorio. Quid ergo? Nempe, Ambrosius, neq; Psalmi verbis legitimè vobis est, neq; Bellarmini Purgatorium habuit in animo. Deniq; Bellarminus vel nugator est, vel impotitor.

XXX. Habent in Veteri Testamento aliud locum, sed celebriorem, & vix citquam omissum ex Zachar. 9. *Tu autem in sanguine Testamenti sui eduxisti vincitos tuos de lacu, in quo non est aqua.* Sed hunc locum libro præced. oppositum vidimus pro Limbo Patrium. Cur ergo nunc pro Purgatorio & Respondent, pertinere ad Purgatorium potius, Bellarminus. Etsi hunc locum adducunt passim pro liberatione Patrium ex Limbo, tamen melius conuenit liberationi animarum ex Purgatorio, quas Christus eduxit, cum eo descendit post mortem suam. Primo, quia isti rectius dicuntur vinciti: secundo, quia in Purgatorio non est aqua consolationis, quæ est in Limbo. Thyeus: *Qui illi vincit, nec in lacu, ubi non aqua consolationis.* Illi ergo vinciti sunt, qui propter peccata, Purgatoriū ignis graues pœnas sustinebant.

XXXL Ergo, inquam, tecum impostorem esse confitere, Bellarmino, qui hunc ipsum locum citatis ad probandum illum limbum Patrium: & addideris illinc sanè conuinci, animas Sanctorum ante Christi mortem, non fuisse in celo. Nam, si inde conuincitur, oportet igitur eas animas significari per vincitos illos: quod nunc tu: quod nunc tui negant. Sed eito. Quid nun ergo? Resipistin? Videamus ergo utrum sibi mens faciat.

XXXII. Nobis quidem vix videtur: quia nimur supponas, agi de Christi descensu ad inferos: Ergo oportet hoc ipso descentu liberaras aliquas animas è Purgatorio tuo. Atqui, neque antea à quoquam audiaram, siue tum quum actum de eo descentu: siue cum de ipsis limbis: neque videatur posse, nisi non constant sibi vestra dogmata. Nam, liberationem à Purgatorio negatis fieri, vel per satisfactionem, vel per satisfactionem, hanc autem vel per propria opera, vel per Sanctorum suffragia, vel per Christi merita. At hæc nulla hic concurrunt. Non enim sati passio, alioquin, quid opus erat Christum descendere, si terminus illis hic esset excludi? Nō satisfactione per propria opera: nam hæc nulla esse possunt positis in Purgatorio; non suffragia Sanctorum, quia nulli adhuc eiusmodi erant Sancti, qui apud Deum; quem noui videbant, suffragati posse: non deniq; Christi merita: non enim applicata per Baptismum non per penitentiam: non per iubileum. Quare, in hoc descentu, si sit fuit ullus, animabus Purgatoriij neq; cerebatur neq; metebatur. Sed, dum vos conciliatis vestra somnia, Catholici pronuntiant, & descendens illum esse fabulosum, & si ponetur esse aliquis, tamen non posse Purgatorio prodesse: nisi prius Purgatorium esse constitutur, id est, petatur *τοις θεοῖς*.

XXXIII. Sed enim, inquit, qui in Purgatorio, aptius vincti dicuntur. Primo, inquam, hoc nihil est, nisi prius probetur, vinctos hic nullos dici, nisi qui aptissime, siue, ut Thyrus loquitur, propriè. Et tamen nemio agreditur probare: quare in disputando tyrannidem exercerent, & sibi pro arbitrio permisum putarent ponere, tollere quodcumq; Enim uero, si Limbos non æque ridet cum Purgatorio, & que disputarem, utroq; vinctos dici, non tantum quia vtriq; sint in carcere: non potest autem quisquam in

carcere liber esse, id est, non vincitus: & quia vtrique in potestate Diaboli, vt alias audiuntur.

XXXIV. Ast, Limbi non sunt sine aqua consolationis. Non enim hoc Sophistarum importunitati, vt tanto maiores veritati cachinos præbeat. Quid tam: *Nimirū, hunc lacum sine aqua oportet non esse Limbum?* Itane? Atqui paulo ante, *transiimus per ignem & aquam*, id est, aiebant, per omnem genus tormenta. Ergo illis tum aqua significabat tormenta, & quidem Purgatoriij. O vos in disputando tyranni, cur non hic lacum sine aqua, vultis dici lacum sine tormentis? Saltem probaretis: saltem probare fingetis hic aquam consolationis esse potius quam pœnarum. At non facitis Sophistæ: cur non ergo ridiculi?

XXXV. Quanquam si faceteis: si, inquam, probaretis, aquam consolationis intelligendam, quo iure hoc loco Purgatorium statueretis potius quam Limbum? Quia, inquit, in Limbo aliqua consolationem est: Ergo hoc necesse est vos velle: Qui locus admittat aliquam consolationem, eum locum non posse appellari locum sine aqua. Ergo, inquam, si Purgatorium sit lacus sine aqua, necesse erit, in Purgatorio nullam esse consolationem. At vos igitur sanè mentimini, qui in Purgatorio dicitis animas certas esse suæ salutis: an hæc enim nulla est consolationis aqua? Qui asseritis his animabus frequentes adesse Angelos hortantes, consolantes, animantes ad patientiam, & constantiam, certitudinem salutis frequenter inculcant: an hæc tam nulla illis consolationis est gutta, quam nulla vobis, in dispendando, salis mica?

XXXVI. Porro, quod ad loci ipsius pertinet explicationem, non est quod candem telam sapienter ordiamur. Repetat qui voleret ex libro præcente.

XXXVII. Extremus ex Veteri Testamento locus esto, quem apud solum Bulengerum legi: Job 14. *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegat me, & abscondas me, donec pertransi favor tuus?* Loquitur, vel de inferno damnatorum, vel de sinu Abrahæ, vel de afflictionibus huius vitæ, vel de Purgatorio. Non de primo, quia ibi furor Dei nunquam transit: non de secundo, quia ibi nullus furor: non de tertio, quia, cap. 15. hunc infernum descripsit, terram tenebrosam, & opertam mortis caligine: terram misericordia, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitan.

XXXVIII. Sic semper profunt Papisticis erroribus Editionis Latinæ *οὐδὲν μέρη*. Nam, Iobus optabit potius aliquod quasi asylum in quo intercedatur est à furore Dei. Pagninum audi: *Vinam in sepulcro abscondas me, & abscondas me, donec quiescas furor tuus.* Mercerum: *Optans ali: ubi abscondi, ut in sepulcro, aut aliquo loco subterraneo, ubi hac mala, & Dei iudicium non sentiam, sed ab hac tanta afflictione sim immunis, donec ira Domini defuerit.* Quid ergo? Neimpe, nihil illorum est, quæ Bulengerus euemeravit: sed sepulcrum, id est, mors ipsa: quomodo frequentissimum vobis est eorum qui optat mori præ nimio prætentum dolore. Quicquid sit: optauit Iobus aliquem statum, in quo immunis esset à furore Dei. Tam negant Papistæ esse Purgatorium.

XXXIX. Praeuerat Sophista solutionem. Audite ergo: quotquot estis hæc lecti: & mitrum acumen aduertite, immanem prudentiam adorare: Scio, inquit, *Hebreiæ ita esse: sed pluri apud me est vulgaris editio, quam textus Hebreus.* Macte confidentia ita Papistica: neq; emulos sperato, eti molestos, pios viros.

C A P. IX.

Desolatus doloribus Inferni: & Latrone rogante Christum, ut esset memor sui.

I. *Consequenter expendendi veniunt loci è Noto Testamento, quos torquent ad liberationem è Purgatorio.* Primus esto ex Acto. 2. apud Bellarminus, Peltanum, Salmetonem: *Quem Deus suscitauit solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri eum ab illis: de quo admodum multa disputata sunt in controversia de Decenso Christi ad inferos.*

II. Sed Purgatorium sic conflatur à Peltano. Etsi hæc Scriptura suas difficultates secum adferat, certum est tamen de inferni propriètate, hoc est, damnatorum doloribus, & cruciatis verè exponi non posse: siquidem damnatorum cruciatus secundum ordinariam Dei legem nunquam soluantur. Æque certum de doloribus, quos anima Christi secundum seipsum apud inferos pertulit, accipi non posse: quandoquidem omnes Christi dolores consummati fuerint in cruce. Sed, neque locus hic ad Patrium limbum commodè referri potest: nam, eti illi apud inferos degenerant, gloriæque experientes essent, ab omnitem sensili pœna imminentes erant. Neque ad Limbum puerorum, nam horum quoque dolores nunquam soluntur. Ergo necesse est, ut ad eos dolores referatur, quos Christus in suis membris patiebatur in Purgatorio: quos vel in totum, vel in partem soluit. Bellarminus addit, sic intellexisse Angustinum, epistola nonagesima nona, & trigesimo capite duodecimi de Genesi ad literam.

III. Respondeo: primum, non solidè remoueri Patres in Limbo, aut damnatos in inferis: deinde, non beneponi Purgatorium: denique, non esse sufficientem enumerationem. Enim uero, cur negant intelligi posse de Patribus in Limbo, si erant Patres in Limbo? Quia, inquit, illi ab omnibus sensili pœna immunes erant. Esto hoc, inquam: sic enim doceri, sic asservi video. Sed, quæ rationis ratio est? An quia nullus dolor est, nisi pœna sensibilis? nullus, inquam, dolor est pœna damni? Non est igitur hæc pœna. Nam, pœnam imaginari absque vlo prius dolore, quis potest? At, Scriptura dolores non sensiles distinxit, sed dolores mortis, siue dolores inferni: Deinde, cur nihil doleat ijs, qui derentur potestate Diaboli.

IV. Rursum, cur nolunt intelligi damnatos in inferno? Quia, inquit, horum cruciatus non soluitur secundum ordinariam Deilegem. Recte, inquit, sed soluntur tantum extra ordinem: exemplo tamen Falconillæ, Traiani, Dinocratis, de quorum fide disputat Salmero, disputat 27, in prior. ad Cor. negans

negans equidem tantæ tam compertæ exploratæque veritatis esse, quanta, quæ in sacris libris expresse continentur : sed multa tamen alia cum pietate & ratione coniuncta esse, ad ædificationem scriptæ, quæque suum locum habeant: vel, quia à Sanctis Patribus tradita, vel Ecclesiarum consensu recepta, vel nobilium Scriptorum narrationibus cōmendata. Sed hoc si est, nego sufficenter à Peltano, à Bellarmino, à Salmerone, remoras animas, quæ erant in inferno propriè dicto. Non enim habent probare, his verbis Petrum duntaxat loquitur de ordinaria Dei lege. Imo, cur ad ordinariam Dei legem referamus : quod nūtquam omnino factum nisi semel? Et viderut Augustinus hic alludere, locis citatis. Nam, & epi. 89. negat Consequens, ut quod divina quibusdam misericordia iustitiaq; concessit, omnibus concessum esse putandum sit : & in de Genesi, Ut quorundam dolores apud inferos eum soluisse accipiamus, ea potestate qua Dominus est ; cui omne genu flectitur caelstium, terrestrium. & inferorum. Quæ quidem phrasæ significat extraordinariam potestatem, potius quam ordinariam legem: ut omnino videatur Augustino persuasum fuisse in eo descensu nonnullos liberatos fuisse, qui erant verè damnavi.

V. Sedenim, nos quidem prolixè concedimus, non dixisse Petrum solutos vlos dolores damnatorum : aut Limbo. um, sive Patrum sive infantium : et si videamus legitimè probatum ab aduersarijs, sed vicissim negamus dixisse, solutos dolores vlos Purgatorijs: tunc, quia Purgatorium nullum est: tum quia, ut in præced. c. Christus non potest dici eos soluisse, nisi fallsum sit Papistarum dogma de Purgatorio: cuius ramen etiam hoc loco rationem habere voluit Lorinus, Commentarijs in hunc Actorum locum foliciter repetens, non liberatos omnes, sed tantum dispositos: id est, ut ego interpretor, eos qui iam perfundeti erant suæ purgationis & tempore, & pœnis. Nam hæc negantur a Papistis posse omitti, constante Dœo sua iustitia.

VI. Ad extreum, nego esse sufficientem enumerationem, quia omis-
sum id membrum est, quod tamen aptissimum: nempe, dolores Christi, non
quos pertulerit post mortem crucis: nam hos nullos fuisse etiam ipsi affir-
mamus, sed quos pertulit in ipsa crucis morte, que non potuit non esse
molettissima, & gravissimis doloribus plena. Est enim sensus verborum
Petri, attenuatum Christum doloribus sive mortis, sive inferni, non potu-
isse ijs detinere: itaque solutis illis suscitatum fuisse. Qui sensus prolixè ali-
as confirmatus est, ut nunc non sit necesse repetere. Sed ex ipso contextu
apparet facile: atque adeo, qui putarunt solutos fuisse aliorum dolores,
Latini tantum fuere ambiguo vocis decepti, ut putarent illis, solutis dol-
oribus referendam ad Christum, quasi ipse soluisset: quod Graece aliter
est: nempe, ut dicatur Deus, & soluisse dolores, & suscitasse Christum: ὁ οὐρανος
ἀντηρει, λύσας τὸν οὐρανον τὸν σταυρον: Syriacè. אק' מה ושורא' תבליה דשוויל.
Excitauit eum, & soluit dolores sepulcri.

VII. Itaque Graci, quos non potuit, ut Latinos, vlla ambiguitas transuersos agere, dolores mortis intellexerunt ipsam Christi mortem. Theophylactus, Διάνυσον ὅλην οὐ διέτελε ἀδικητός, καὶ οὐ πάσχει: Oftendit etiam mortem, quum illum detineret, quasi parturiuisse. & acerbos dolores sustinuisse: αὐτὸν τοῦτο οὐ παλαιοντίσθων συμφορή. Φησι οὐ αἰδίων κατίχει τοκετούρμαν, εἰδὲ δέποτε πάχει, ηγέριαν αποιδεῖν τὸ λύσιν αἰδίων. Εἴ θαύτα τῶν αὐτῶν παρουσιεῖσθαι, ιστις εἰπόμενης ηγέρησθαι τὸν ιγκυον. Εἴ γιγκυόπολον ηγέρεισθαι παστερά τὸ θαύτα, οὐαρετον ιριλλας τὸ οὐδετέρον φησι δὲ τοι. Εἴ θαύτα δεταῦλον, ηγέρεισθαι παραδυνατόν τοντίκες Χειρές, Εἴ τελος οὐ μετεπέστη ξενός τὸν άναρτον. Parturam enim, seu dolorem mortis patridentis Vetus Testamentum periculum & calamitatem appellat. Qui parturit non detinet id quod detinuntur: neque agit, sed patitur, & cibcere festinat. Recte autem solutionem mortis patridentis dolorum, resurrectionem appellantur, ut dicat, rupit, & erupit ex granido & tumido, atque parturiente ventre mortis, tanquam ex utero quodam parturiente: intelligendum puto nimirum ex vinculis mortis, & orci recessibus ac penetralibus Seruatore Christo emergente: ac prodeunte, tanquam ex parte peregrinore resurrectionis. Probauit Oecumenius, & contraxit.

V. I. Obseruauit etiam Caietanus, nimirum, cum compararet editionem Latinam Graecis fontibus: Itaque notauit, Dolores mortis soluti sunt, paenitentes anima separata: & dicit pluraliter doloribus mortis, eo quod plures paenitentes sufferebat anima Christi separata a corpore. Ipsum enim esse separatum a corpore, paenitentia quedam est anima, locus quoque inferni nonnulla paenitentias erat: & virumque mortem consequitum fuerat. Quam sententiam repetit notis in Thomam, par. 3. quest. 12. art. 4. Denique, Lorinus Iesuita in nostras it partes, Soluit Deus (non enim de Christo, sed de Deo intelligendus locutus) & dicit: auctoritate & auxiliis dolores inferni, quando suscitavit Christum, qui dolores passus est in passione & morte, propter gravitatem letisferos, & apostolus deducere in infernum. Sed & prior Andradius, defensiois Tridentina lib. 2. Cum de Christi resurrectione differat, multis aitque apertissimis Paulini testimonij confirmat, ita pro hominie genere mortem Christum obiisse, ut morte obrui, & delitescere inter mortuos diu non posset. Videlicet autem mibi per dolores inferni, siue mortis, mortem doloris, atque misericordiarum plenam, Hebraeorum dicendi more significari.

IX. Luce 23. Alter latronum cum Christo cruci affixorum, *Memento*, inquit, *mei dum veneris in regnum tuum*. Haec Bellarminus, Thyranus, Feuardentius argumentantur. Iste sic: Non petit, ut mox statimque saluetur: sed, ut saltē sui aliquando memor esset, cum in cœlis deuicta morte gloriosus regnaret, Illi. Nunquam hoc diceret bonus ille vir à Spiritu Sancto edocitus, nisi crederet, post hanc vitam posse remitti peccata, & auxilio animas indigere, & iuuari posse. Certe Augustinus, lib. 6. contra Iulianum, c. 3. hinc et robat aliqua peccata remitti post mortem.

X. Non postulat statim saluari. Nimirum, inquam, eo momento, quum loqueretur: & adhuc in cruce viuus penderet. Nam, qui ei Spiritus inspirauerat, Christum futurum in regno suo, idem reuelarat, nobis spem esse depositam in celis. Itaq; exspectandum licebat dum sibi anima a corpore libera auolaret. Sed, ab hoc exitu voluisse adhuc annos aliquod, imo aliquor secula viuicomburium pati, nemo crederet sanus. Nam, cur non potius oprauerit suscipi hora mortis? Haec enim sunt ipsorum Papistarum preces: quibus, vt sit persuasissimum Purgatorium, tamen nihil non fatigunt, qua prece, quo pretio, vt, ne vel artingant. Breuter, non petijt, vt mox, statimque saluaretur: sed, vt mox, statimque postquam Seruator peruenisset in regnum suum. Nisi forte, cum Iolephus dixit, Gen. 14. Memento mari, quia

*tibi bene fuerit, eodem autore fictum, ut tantum post annos duos pincerna
memor esset eius.*

XI. Non fuisse dictum, nisi credidisset, in altera vita remissum iri peccata, diuinando dicunt Iesuitæ, non argumentando probant. Nam, de auxilio, quia dicunt indefinitè, non contendò. Certum enim, habere opus animas auxilio diuino, auxilio Christi & in hac vita, & in altera, imo in celis. Cur enim dixisset Paulus, *De te Dominus ut inuenias misericordiam apud Dominum in die illo*: Est enim misericordia Dei, auxilium nostrum, & quidem prætentissimum. Sed hoc auxilium tam longè est à Purgatorio, quam cælum à terra. Viderint Iesuitæ, quo trispasto possint coniungere.

XII. Augustinus hinc probat, remissum iri peccata post mortem. Dic, Iesuita, in illo nouissimo iudicio, haec enim sunt Augustini verba, quae inuitus legisti; & luxasti: modestior adhuc tuo Maldonato: qui audacter, Reete, inquit, ex hoc loco D. Augustinus Purgatorium probavit. Nimirum, idem Papistæ si iussent, futurum est Purgatorium, idem ultimum iudicium. Hoc satis nunc esto. Nam, Augustini sententiæ debetur propria disputatio.

C A P. X.

De peccato remisso in altero seculo.

I. **A** nimosior contentio est in duobus sequentibus locis : quos adeo
principios habent in hac controversia, ut à nemine sint omitti. V.
enus est ex Matth. 12. Quodvis peccatum & blasphemia remittetur hominibus;
blasphemia vero in Spiritum Sanctum non remittetur hominibus. Et, quisquis
loquitur fuerit aduersus Filium hominis, remittetur ei : quisquis autem loquitur
fuerit aduersus Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque
in futuro.

II. Ex eo loco semel tantum haec tenus erant argumentati Papistæ, inferentes, si peccatum in Spiritum Sanctum non remittatur, neque in hoc seculo, neque in alio: ergo quædam peccata remitti in isto, quædam in alio. Sed Peltanus reliquis ingeniosior, nouam subtilitatem excogitauit, quæ nobis tria peccatorum genera distinguat, quorum vni saltem locus sit in Purgatorio. Hanc ille, et si subsidiariam proferat, non tamen priorem examinabimus, ut integrum disputationem famosiori argutiae reseruemus.

III. Elicit ergo ex hoc loco triplex peccati genus: Vnum tantæ nequitiaæ, vt neque in hoc seculo, neq; in altero quoq; veniam promereatur. Alterum tam modicæ malitiaæ, vt in utroque remitti queat, & remitti quoq; soleat. Tertium quasi medium, quale est, quod in hoc seculo condonari potest integræ, in altero autem, aut non condonatur, aut tantum in partem condonatur. In primo genere esse peccatum in Spiritum Sanctum, quod ipsam malitiam, vel ipsam Dei offensam, tanquam scopum, propositam habet. In secundo, peccatum quodvis capitale, siue id ex ignorantia sit, siue ex infirmitate: siue ex scientia certa, sed cum infirmitate aliqua vel cœxitate. In tertio, peccatum veniale, siue id ex genere suo, vt verbum orbitosum, siue ex materia paritate, vt modicum furum, siue ex actus inchoatione, vt libita excandescencia.

IV. Sed elicit quid appellat? Nam est genus quoddam hominum, quod profiteretur elicer ex pumice aquam: siue syllabarum aucupio audax: siue verborum peruersione confidens: siue sensorum allusione temerariū siue sua deniq; quādam ~~avō~~ ~~ris~~ superbū: quibus illi artificijs tandem sursum deorsum velare docti sunt, quicquid habent præ manibus vt, cum cœperit amphora īstitui, currente rota subito vrceus exeat. Hoc genus hominum implicitam fidem elicuit, ex asinis pascentibus apud Iobum: Hoc genus hominum, imperia terrestria ad Papam pertinere, elicuit ex duob. gladijs: Hoc genus hominum cædes regum noltrorum elicuit ex paſcendis ouibus. Quid plura? Hoc hominum genus elicuit, peccata puniri in Purgatorio; ex peccatis condonatis in futuro seculo: credo per ~~avō~~ ~~ris~~: quomodo & auri famem sacram elicuit poeta: Et Grammatici lucum à luce, Parcas à partendo. Fortunati homines, quibus tam sunt in promptu demonstrationes. His si se hominibus adiunxit Peltanus, nihil est, quod miremur secundum eliciendi pectus. Est potius, vnde miremar suæ eliciutiæ facultati adeo imperasse, vt non nisi triplex genus eduxerit, qui quadruplex poterat. Cum enim duo membra sint remissi & non remissi: duo item, hoc seculum, & futurum: poterant quaternæ combinationes confici nulllo labore. Et rursus, quia nescio vnde elicta sunt alia duo, nēpe integrè, & non integrè, bis tanto copulationes augeri, & quatuor genera in octo, felici fecunditate multiplicari.

V. Sed est contra genus aliud hominum, & antiqua seueritate molestem, & religiosa modestia rusticum, & simplicitate nimia morosum? Deinde, certis veræ ratiocinationis legibus superciliosum, atque ob hæc cassorum seculorum vita, illi cuidam generi elicitiuorum hominum infensissimum. Hoc genus homines, si quid eliciendum sit id nolunt violentum esse, sed spontaneum: non extortum, sed oblatum: non illatum sed inatum. Sic olim elicerunt, Spiritum esse Deum, quia Spiritus adorandus: at præter Deum nihil adorandum. Elicerunt, infantes esse baptizandos: quia baptizandi omnes, ad quos promissi salutis pertinet: & pertinet ad infantes. Elicerunt, sola fide iustificari Christianum: quia non possunt nisi quis operib; sui fide ex non operibus. Et similia multa.

VI. Quibus viris placet hoc posterius eliciendi genus; ij Peltani elicitiuam facultatem abominantur. Nam, quid non eodem artificio elicias: si addere licet, si mutare, si detrahere? Enim uero, vnde illud, remitti integrē, & non integre? Vnde habes, inquam, Peltane, à Christo significatum, quædam peccata remitti tantum in partem? & quidem non in hac tantum vita, sed etiam in futuro seculo? At nos? Quædam remitti, quæda vero non remitti, neque in hoc seculo, neque in futuro, audimus à Christo expresse duo membra: tertium, tuum somnium est, Peltane: somnium Pa-pisticum.

VII. Sed ad rem venio, & inquit illam argumentationem pro Purgatorio, ob omnib. decantatam, à Peltano sic expressam. Hic clare docetur

quædam peccata in hoc seculo condonari, quædam rursum in futuro: quædam denique, neque in praesenti, neque in futuro. Probat. Si etiam nulli pro suis delicto venia obtingeret in seculo futuro, in casum illud, *et non est tempus adicetur*. Atqui, cum nullum iota, nullus apex in toto Scripturarum corpore, suo careat pondere, suoque vacet mysterio, cumque graues autores nihil temere, ac supereracuo effutare soleant: imo vero impene in id incumbant, ne quicquam omnino in sua oratione desit, aut superfit; aut loco suo collocatum non sit: ne quaquam putandum est, eternam illam sapientiam, quæ fecit verbum abbreviatum, aliquid inutile, aut supereracuo deponit, maxime vero in graui disputatione, in qua de peccatorum qualitate, & quantitate, & remissione ex instituto differebarur.

VIII. Et, ne videantur sine exemplo peccare, consequentiam arecessunt ab Augustino, qui, c. 24. lib. 21. de Ciuitate Dei, Neque hic veraciter de quædam diceretur, inquit, quod non nisi remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro, nisi essent, quibus, et si non in isto, tamen remitteretur in futuro. Augustinus Gregorium addunt, c. 9. lib. 4. Dial. In qua sententia datur intelligi, quædam culpas in hoc seculo, quædam vero in futuro posse relaxari, quia quod de uno negatur, consequens intellectus patet, quod de quibusdam conceditur. Inde Beda, in s. Marci: Isidorum, c. 18. offic. 1. Rabanum, lib. 2. de Instit. Cler. c. 44. Bernardum, serm. 66. in Canticum: Perrum Cluniac. epist. contra Petrobrusianos: Christianum Druthmarum, c. 4. Commentar. in Matthæum Glossam ordinariam, in Matth. 12. Inde turmatim Petrum Episcopum Parisiensem, Thomam Aquinatem, Albertum Magnum, & multos præterea recentiores.

IX. At hunc imperius à nominibus haber ostentationem maiorem, quam à rationibus vim solidiore. Quamvis ne in nominibus quidem momenti esse multum potest. Nam, unus Augustinus ætatis est præscæ, reliqui omnes longe & posteriores. Imo, ne Augustinus quidem certus autor huius explicationis. Neque enim nullum reliquit scrupulum Viues, qui ad eum locum ita notauit: *In antiquis libris Brugensis & Colonensis, non leguntur isti decem aut duodecim, qui sequuntur versus. Sic enim scribitur. Nam, pro defunctione quibusdam vel ipsius Ecclesie, vel quorundam piorum exauditur oratio: sed pro iis quorum in Christo generavit, nec usque adeo vita in corpore male gesta est. Et Reliqua non habentur: ac neque in exemplaribus Friburgi excusis: & tamen stylus non abhorret ab Augustiniano: forsitan aut desunt in aliis codicibus: aut ex aliquo alio Augustini opere hoc sunt adscripta, seu scholium primum, deinde contextui orationis admisita. Quod si ego tamen in medio relinquo. Nam, li. contra Julianum 6. aliquid occurrit non dissimile.*

X. Verum, primo quo, quid hoc profit Purgatorio. Demus tantisper constare, remitti aliqua peccata in futuro seculo: cur hinc illi concludunt: Ergo Purgatorium est, potius quam ego contra, ergo Purgatorium nullum est? Anobis res ipsa est. Nam, purgatorium, punitio est peccatorum: at remissio peccatorum, non est punitio: imo punitioni opponitur. Hoc probatu facile: nam remittere peccata, est misericordiam facere peccatori. At misericordiam facere, & punire, Deus ipse opponit, in Decalogo, Exod. 20. Ego enim leboua Deus tuus, Deus zelotes visitans iniquitatem patrum super filios: & faciens misericordiam milibus diligenteribus me. Et Christus, quibus condonabat peccata, eodem liberabat morbis, id est, peccatis peccati. Et iussit concordare cum aduersario, ne is tradici, iudex in carcerem mittat: vnde proprius conclusio: si concordia fiat cum aduersario, tum neminem tradendum iudici, aut detrudendum in carcerem. Quum igitur Purgatorium sit carcer, ipsis proficitibus eius autoribus, certe si condonentur peccata, Purgatorio nullus locus est.

XI. Instat Gregorius de Valencia Recte sequi Purgatorium, si locus hic comparetur cum aliis. Nam, ex prior. ad Cor. 3. constare, ignem purgatoriū extare in altera vita. Deinde, cum in altera vita non sit locus nisi iustitia in retribuendo penam vel præmium pro meritis vel demeritis huius vita: consequens est, vt, si illis quædam peccata remittuntur, remittantur etenim, quatenus per exsolutionem penam satisfiat diuinæ iustitiae.

XII. Imo, inquam, quicunque Papista hoc vñi sunt loco, ita vñi sunt, vt per se ac seorsim reliquis plenam exhibente conclusionem: neque adeo aut Bellarminus, aut Peltanus, aut Alphonsus à Castro, aut vñius alias comparandum putauit. Et Feuardentii ratiocinatio ita est, ex quo confecit, aut cōfessile putauit quædam peccata remittenda in futuro, tum statim. Non remittuntur autem in reproborum Inferno: nec in Paradiſo coeleſti: ergo in tertio loco quæ Purgatorium Erebum vocamus. Nec aliter Arboreus. Panigarolla, Oportet in futuro seculo aliquod peccatum remittatur: quod cum de mortali intelligi non posspit inferos, necesse est de veniali intelligi in Purgatorio. Moncantore ergo deinceps, autore de Valencia, ut consideratus agant, deque sua confidentia detrahant nonnihil: neque ab isto loco prius Purgatorium probent, quam ex aliis locis Purgatorium probant: id est, egregio illo artificio vrantur, quo actum agitur.

XIII. Sedenim, de loco illo ad Corinthios proximo c. disceptandum est. Pergamus Arqui, in altera vita non est locus nisi iustitia. Fallum, inquam, locus enim est remissioni peccatorum: at haec non pertinet ad iustitiam, sed ad misericordiam. Et Paulus post. ad Timoth. Det ei Dominus, ut inuenias misericordiam apud Dominum in die illo: Id est, paraphrase Iustiniano, Fazit Deus, ut illi diuina misericordia fontes in extremo iudicij die maxime parent. Chrysostomo, ἡλιος φασιν τόπου εἶται τὸν πόδαν, εἰς εἰσιν, τὴν μερικὴν φωτὶ φαίνεται καὶ πολλὰς εἰς εἰσιν νῦν, Misertus est mihi, inquit, igitur & retributionem habebit in die illa terribili atque metuenda, quando multa nobis misericordia opus erit. Itaq; fallum etiam, remitti illis peccata, etenim, quatenus per exsolutionem penam satisfiat diuinæ iustitiae.

XIX. Porro, Calinus huic argumento satisfactorius, respondebat, idem apud Matth. else, neque in hoc seculo, neque in futuro, & apud Marcum, in aternum. Verba describam ex §. 7. c. 5. lib. 3. Instit. Quum Dominus spem omnem venie prædicere vellit tam flagitiose nequitia, non satis habuit dicere, nunquam remissum iri, sed quo magis amplificaret, partitione vñus est, quæ & iudicium complexus est quod sentit in hac vita cuiusque conscientia, & postrem illud, quod palam in resurrectione foretur: ac si diceret: Vos à malitiosa rebellione non secus ac presentissimo exitio, cauterem, qui oblatam Spiritus lucem destinato extinguere conatus fuerit, neque in hac vita, quæ peccatoribus ad conversionem data est, veniam consequetus, neq; ultimo die, quo per Angelos Dei agni ab haedis segregabuntur, & regnum coeleſte omnibus scandalis repurgabitur. Bene, sed profecto Toin. III.

breuius, atque adeo obscurius, quam oportuit: ego illustrare conabor, si prius amouero Salmetonis cauillum.

XX. Salmero, tract. 16. tom. 9. Ex solis verbis Marci, eti, non essent verba Matthæi, licet colligere Purgatorium. Ex eo enim quod assent, esse delictum æternum, seu dignum æterni iudicio, siue condemnati, ne, satis innuitur esse aliquod peccatum dignum transitorio & temporario iudicio, etiam post hanc vitam.

XXI. Imo, non dictum Christo, peccatum aliquod esse dignum æterni supplicio: sed, aliquem, qui peccat, esse reum æterni iudicii. Qui blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habebit remissionem in æternum. Nihilne intereat? Imo, si qui non habet remissionem, is est, qui non dignus remissione. Ergo, quibus remittuntur peccata, iij digni sunt remissione. An ergo patiatur Theologus, illa verba, Amen, amen dico vobis, quædam peccata remittentur filiis hominum, exponi, quædam peccata digna sunt remissione: Egregie: vt euadant omnia peccata venialia. Nemirum id optimum est, vt concipiamus ex oratione Christi, exitus variis peccantium, vt alii scilicet, nunquam obtineant veniam, aliis vero plena remissio concedatur: & illi quidem tractentur pto meritis tuis, hi vero pro misericordia Dei. Itaque absurdum est dicere, si quædam peccata puniantur æterni supplicio, alia quæ dant non esse digna eo. Quod tanto verius est, quando clarius Christum polliceri remissionem blasphemanti in Filium. An quia hoc peccatum veniale? Quanquam disertiora sunt verba Christi, Quædam peccata remittentur filiis hominum: vt monimus.

XVII. Nun de Caluini solutione, cuius hanc mentem esse concipio. Remissionem peccatorum fieri quidem in hac vita, sed, vt sit æterna, id est, pertinet ad utrumque seculum, non diuissim, vt aliquando fiat in hoc seculo, aliquando vero tantum in altero: sed coniunctim: vt facta in hoc seculo producatur in alterum: Matheum uno verbo id significasse, non remittetur in æternum: Mattheum duobus, neque in hoc seculo, neque in futuro. Hanc ego certissimam esse dico, & facillimam solutionem: sed in hunc modum conciendam. Papistæ argumentantur: Peccatum in Spiritum Sanctum non remittitur, neque in hoc seculo neque in futuro: Ergo aliquod peccatum remittitur in hoc seculo, aliquod vero in futuro. Negat consequentiam Caluini, & recte negat.

XVIII. Sed expendo Peltani verba. Clare docetur, inquit, quædam peccata in hoc seculo condonati: quædam rursum in futuro: quædam in neutrō. Quid illud est, inquam? An ita disparati secula, vt quæ peccata in hoc sint remissa, non remittantur in futuro: & quæ remittenda sunt in futuro, non remittantur isto? Miram Theologiam. Sed, non puto ab aduersariis assertam: quanquam nemo eorum in hoc vrgendo loco satis explicuerit. Non sit sententia est: Quæ peccata remittuntur in hoc seculo, eadem remitti in altero Christus docuit, Matth. 18. Quacunq; solueritis in terra, erunt soluta in celo. Rursus, quæcunq; remittenda sunt in altero, eadem remitti in isto: Nam, quacunq; ligaueritis in terra, erunt soluta in celo. Et posset utile esse Gregorii de Valentia apophthegma: In altera vita non esse locum nisi iustitia, nili ille abuteretur tam in electos, quam reprobos; at nobis de iis tantummodo veiu, quos hic misericordia non est complexa per remissionem peccatorum.

XIX. Quicquid sit, manifestum est, Papistas velle peccata remitti aut in hoc seculo, aut in futuro, at nos non sic: sed potius & in hoc seculo & in futuro. Et hoc posterius indicare volui Caluinus: & innuit vitium consequentia, sive Papistica, sive Augustiniana: cum absolute concluditur, Non sit remissio illius peccati neque in hoc seculo, neque in futuro: Ergo alterius cuiuspiam sit remissio, vel in hoc seculo vel in futuro. Cum tamen hæc consequentia non sit necessaria: quia datur aliud membrum: Ergo sit alterius cuiuspiam remissio, & in praesenti simul & in futuro. Ea est enim enuntiatio num copulariarum negantium natura, vt geminam contradictionem affirmantem includant, vnam itidem coniunctivam: alteram vero disjunctivam: sed illam plenam, quia totum vñrumque utrumque tollitur & ponitur: haec dimidiata, quia, quum negatio utramque tollat, affirmatio alterum ponit duntaxat.

X X. Addam exempla, si dicenti fides sit apud aduersarios suspectior: Si affimes, Deus verus & cœlum creavit & terram salter dicit, At falsi dī neque cœlum crearunt, neque terram. Viden' simul utrumque illici ponit, si mul utrumque hæc negari? Martialis iam pridem:

Bella es, nouimus, & puella, verum est, & dñes:

Tria ponit: sed & statim eadem simul omnia tollit:

Nec dñes, neq; bella, nec puella es. Virgilius:

Nec tibi Diua parentis generis, nec Dardanus autor:

utrumque tollere voluit, quod utrumque Itamen, Aeneas in suo ponebat stemmate:

Et mibi Diua parentis generis, & Dardanus autor.

Infinita dari possunt similia. In alteram patrem eti nulla occurrit laudata exempla, tamen vsus quotidianus firmat. Nam dilemmata, Aut hoc aut illud, infirmantur per, Neque hoc neque illud: Et hinc sperata Papistatum hoc loco impunitas, qui cum Christus dixerit, neque in hoc seculo neque in futuro, inferunt ipsi, aut in hoc aut in futuro: Ut mihi testes ipsi sufficiant.

XXI. Sed Augustinum placet adhibere etiam disertius ostendentem, non tantum diuersis locis variam posse oppositionem dari: sed etiam vni eidem que axiomati. Locus est serm. 37. de verbis Domini, Cum essent duo coniunctio, si obiecta Domino, dictumque illi esset, Nonne verū dicimus quia Samaritanus es, & demonium habes, poterat respondere, Nec Samaritanus sum, nec demonium habeo, respondit autem, Ego demonium non habeo: Quod respondit refutavit, quod tacuit confirmavit, negavit se habere demonium, qui se nouerat demoniorum exclusorem, non se negavit infirmi custodem.

XXII. Res est nunc, opinot, in aperto. Si enim Papistæ argumentantur, quasi ut nō ieiōs; vñrum duntaxat membrum esset, id nimis, quo diuiditur enuntiatio, cum tamen alterum super sit, quo utraque pars, que negando ablata fuit, affirmando tollitur. Denique, antithesis anceps est: Peccatum in Spiritum sanctum non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro: ergo aliquod aliud peccatum remittitur, & in hoc seculo & in futuro: vel, aut in hoc seculo, aut in futuro.

XXIII. Hæc ambiguitas distinguenda fuit à natura rei de qua agitur: hoc est, cum gemina occurrat contrapositionis consequentia, ex enuntiationis

tionis natura; tum vero vita consequentia potior sit & verior iudicandū fuit ex doctrina de remissione peccatorum: vnde nos statuimus, rectam & veram contra positionem rationem postulare hanc consequentiam. Peccatum in Spiritum non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro: ergo alia aliqua peccata remittuntur, & in hoc seculo & in futuro. Quia videlicet Scriptura docet, nobis ita condonari à Deo, quæ condonantur peccata, ut in hoc seculo primum condonentur, sed in æternum, hoc est, in utramque seculum. Sic Christo dictum, quæ soluuntur in terra, soluta esse in celis: sic Paulus afferuit, nullam estē condemnationem iis qui sunt in Christo Iesu. Sic Petrus, Act. 1. Ut deleanur peccata vestra, postquam venerint tempora regenerationis à conspectu Domini.

XXIV. Vere igitur illi respondebant, qui apud Pelitanum negabant sequi, si peccatum in Spiritum Sanctum non remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro, ergo aliquod aliud in altero remitti. Et vero, cum rem ipsā repute diligentissime, inuenio, nunquam usurpatum à quoquam simile genus argumentationis: atque adeo ne ipsi quidem aduersarij possunt exemplum ullum dare, nisi exemplo fictum. Et nos in qua rē sumus adhuc, vnde Gregorio suum hoc axioma. *Quod de uno negatur consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur.* Et respondent *marcus et iosephus*, quod es si bi hactenus in cognitum.

XXV. Imo semiplenam confessionem habemus, nullius artis posse praecipitis comparari. Bellarmius. Concedimus, inquit, non sequi, secundum regulas Dialecticorum, id quod inferimus ex verbis Domini: sed tamen sequi, secundum regulam prudentiae. Pelitanus, *Etsi concedi queat, eiusmodi collectionem non esse absoluta, vel ratione forma necessariam est tamen necessaria ratione materia, vel ex recepto loquendi intelligendique more & consuetudine Salmer. tract. 6. tom. 8. Etsi non sit collectio formalis, ratione tamen materia, & communis phrasis loquendi optime colligitur.* Enimvero, quid hoc rei esse potest? Fator equi dem accidere interdum, vt quarum argumentationum materia vera est, vt loqui solent Scholæ, earum forma possit non esse legitima: led id fieri per accidens, hoc est, eius virtus (si virtus sit: interdum enim virtus est) qui argumentatur. Sed, quæ consequentia legitima est secundum materiam, eam per te peccare in forma, id est, non posse in ullam formam, & necessariam reuocari: hoc vero monstrum est Dialecticum, nunc recens natum, editum, apud Iesuitas.

XXVI. Atque h̄c sane vrgendi sunt Sophistæ: Condonetur, si ita placet Augustino, qui omnium primus hanc consequentiam excogitauit: & demus, non potuisse simul & semel tantum mysterium & inueniri, & perfici. Sed, qui idem postea faxum volutarunt Gregorius I. Iñidorus, Bernardus, Petrus Cluniacensis, Christianus Druthimatus, Petrus Parisiensis, Thomas Aquinas, Albertus Magnus, hi, inquam, neque singuli, neque omnes, vt nunquam potuerint dedolare, quis non mirabitur? Vt, ne nunc quidem tantus Doctorum, Monachorum, Iesuitatum exercitus, & quidem nobis instantibus, vigentibus, exprobrantibus: nam olim, quum nemo, nisi forte dicas ea uia, in puluere scholastico, contra mutaret, poterat fieri, vt nimia confidentia, segnitiam generaret: sed hodie, vt dixi, cum serios aduersarios nati Sophistæ sunt, & vchementes: nunc, inquam, tantus exercitus, cui tantum temporis, ouique, artis eriam & sophistices, quantum unquam aut fuit, aut esse potuit, vt rem non efficerit expeditorem, quis non obstupesceret? Quid post tantum temporis, tantum studij, addo, tantum luci propostis, in eo adhuc rem esse, vt non sit formalis collectio: non absolute, & ratione forma necessaria denique, non secundum regulas Dialecticorum, quantum portentum est. Deus bone! At tu certe nimium malitiosus es, Bellarmine, qui orbis inuidens vniuerso tuam illam prudentiam regulam, quæ cum sit Dialectica non saltem indicaris vnde possit huius. Sed exspectandum videlicet, dum sutorbi magis propitius Loiolas.

XXVII. Alioquin, aīs, faceremus Dominum ineptissime è loquutum. Iane: Ineptissime loquutum Dominum, nisi tua prudentia succurrat regula: id est, nulla regula: nisi liceat tibi consequentiam necere non formalem; non ratione forma necessariam, non secundum regulas Dialecticorum? At qui tu longi breuius persualis, cum ineptissime loqui, qui id dicat, vnde non possit vila deduci consequentia formalis, & secundum regulas Dialecticorum. Tam male consulis honoris Salvatoris.

XXVIII. Sedenim, cur ineptissime: Inepte diceret, hoc peccatum non remitterit, neque in hac seculo, neque in futuro, si in futuro nullum remittitur. Recte, inquam: sed, quis hoc negat: quis contra disputat? At nos certe alte clamamus, omnia peccata, quæ condonantur, condonari in futuro seculo. Sed, quicquam in futuro remitti, quod in isto non sit remissum, siue culpam dicat, siue poenam, siue aliud quicquam, non concedimus. Quod tamen si non obtinet Purgatoriani, frustra expectent Purgatorium. At, Christus diuine loquutus est, quum dixit, non remitti aliquid peccatum, neque in hoc seculo, neque in futuro; etiam si nullum remittatur in futuro, non remissum in isto.

XXIX. Denique, & uno verbo: aduersarii inepte dictum, non remitti in futuro, si nullum remittitur in futuro: concedimus: & addimus, si aliquod remittitur in futuro: Imo, si omnia remittuntur in futuro, quæ remissa fuerint in isto: ergo non inepte dictum, illud in Spiritum non remitti in futuro. Quid amplius querunt? Quid sunt importuni? Quid *τόπος τοιων λιδῶν* ludunt?

XXX. Quidam nomine abutuntur Augustini? Nam hanc condonationem ferre non possunt, differri in extreum diem iudicij. Verba audi Stapletoni in Promptuario: *Nam quod cauillatur Caluinus, per verbum futurum, extremum mundi diem notari, non autem tempus intermedium, propter vanissimum est, tum quod in extreum illo die nulla plane fiat remissio peccatorum, sed retributio premiorum bonis, suppliciorum malis, tum quia futurum seculum in Scriptura significat intermedium hoc tempus, quod usq; ad extreum iudicij diem excurrit: Hæc & alia nonnulla in eam rem Stapletonus. Sed contra Augustinus disertissime, hoc quidquid est purgationis animarum differt in vitium illum diem, & quidem conceptis verbis post resurrectionem. Quod cur nulli aduentunt Sophistæ? Describo: Sicut etiam facta resurrectione mortuorum, non deerunt quibus, post poenas, quas patiuntur spiritus mortuorum, impetratur misericordia, ut in ignem non mittantur aeternum. Neque enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur, neque in hoc seculo neque in futuro, nisi essent, quibus, et si non in isto, tamen remittetur in futuro. Perspicuum*

ne id est: Imo, c. 5. contra Julian. 6. illud Stapletoni, In extremo illo dienū lam plane fieri peccatorum remissionem, paulo aliis verbis, eodem tamē sensu à Julianō assertum, Augustinus refutat ex hoc ipso loco. Vide: *Dicit, quod illa resurrectio non peccata dimittat aliorum, sed expurgeat merita singulorum.* Et paulo post: *Et peccata quidem nulla remittuntur in regno: sed si nulla remitterentur in indicio illo nouissimo, puto quod Dominus non dixisset de quodam peccato, non remittetur neq; in hoc seculo, neque in futuro.* Vultisne igitur credamus Augustinō, Sophista! perit Purgatorium: nam id nullum vos esse vultis in resurrectione: atqui, hanc futuri seculi remissionem, Augustinus voluit ad resurrectionem pertinere: Cur non igitur concludam, & quidem non secundum nouam Bellarminiana prudentiæ, sed secundum veterem illam Dialecticorum regulam, ideoque ratione formæ necessario, non pertinet hanc remissionem ad Purgatorium?

XXXI. Augustino exempto: Gregorij nomen sequitur: sed longo sequitur intervallo seculo demum sexto. Imo potius octavo: Nam, doctis persuaderi non potest, Gregorium eius nominis primum, autorem fuisse Dialogorum illorum cum Petro, non tam studio colloquatore, quam stupido admiratore: sed alium eius nominis vel secundum, vel tertium, à Gracis ob idipsum opus, Dialogum cognominarum, cuius successor Zacharias, teste Photio in Bibliotheca, tam elegantes fabulas censuit, dignas quæ Græcis communicarentur. Sic à Christo, septem prorsus seculis non potuit hæc obtainere interpretatione: led Augustino unico quasi per suspicionem venire in mentem extremo seculo quarto: post Gregorio non vila negligenda, à quo prolixè dimanauit quaque versum.

C A P. XI.

De ligno, fæno, & stipula.

I. **M**agnus iterum labor in verbis Pauli 1. ad Cor. 3. *Si quis superedificet super fundatum hoc, aurum, argenteum lapides pretiosos, ligna, fænum, stipulam, cuiusq; opus manifestum fieri: dies enim declarabit: nam per ignem resurgent, & cuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manebit, quod superedificauerit, mercedem accipiet. Si cuius opus exculsum fuerit, damnum faciet: ipse vero seruabitur: ita tamen ut per ignem.* Magno iactatur fastu vix posset maius, si vei totidem literis, Purgatorium diceret: vel, totidem articulis, antrum Patricij describeret.

II. Nec absque sudore ramea prefatur enim Bellarminus, hunc vnu esse ex difficillimi totius Scripturae: & probat autoritate Augustini, de fide & operib. c. 5. Apostoli Pauli illa sententia plane ad intelligentum difficultis. Et post, *In his deputanda, quæ Petrus dicit esse in Scripturis eius quædam difficultas intelligentia, quæ non debent homines pervertere ad proprium suum interitum.* Et c. 16. *Fatetur, me malle audire intelligentiores, atq; doctiores.* Arboreus hanc appellat, obfuscam & per difficultem Pauli sententiam. Cuius & nos admoneri oportuit, vt neque miremur eo abusus Papistas, cum sit huic hominum generi solenne, ac planis facilimisque abstinere, in obscurioribus, difficultoribusque ludere: ipsa sibi difficultate opportunis, vt latronibus vix aperta placent camporum sed vel densa fylarum, vel profunda vallium, vel prærupta rupium, vel ardua montium. Denique εν λαζαρει την ιμφαλας λεγόμενην. Quo magis hic locus obnoxius fuit lophisticationi: *Vnum hic certum est,* inquit Pelitanus, *nempe totum hunc locum, imo vero totum caput, vnde hic locus petitus est, metaphoris abundare.*

III. Porro, quantum huic loco confidant hinc disce, quod non tantum Aphonsus de Castro dicat. *Ex his verbis satis aperte colligitur purgatorium igne.* Sed etiam Panigarolla, sine villa dubitatione innicetus est cuneus hic Pauli locus, quo Purgatorium quodammodo describitur. An tu, quodammodo describitur? An constantius Feuardentius, Paulus cum sua Hebraorum genite credens Erebum expiatorum esse, in hoc loco tradidit quicquid fidei ac doctrina de Purgatorio suscipiendum, atq; credendum per hanc interpretationem decernebat. Quid poterat dici confidentius? Sed ridebat hos omnes, opinor, Sonnus; qui hunc ipsum locum numerabat inter eos, qui, per se quidem hoc non demonstrant: neq; loquuntur claro sermone de statu animalium post hanc vitam, & aliam apud nonnullos Patres recipiunt interpretationem. Quo minus debent mirari nostræ in sustinendo assensu cunctationem.

IV. Ceterum, nemo haec tenus mihi visus, qui directe argumentatus sit ab hoc loco. Credo veritos, ne non secundum regulas Dialecticorum procederet, vt prius: Sed ostendunt tamen se postrem Pauli clausula præcipue confidere. Panigarolla: *Deberet hæc postrema lausula satis esse ad conuincendū Caluinū. Pelitanus, Nerus, & præcipua loci huīus vīs tota in postrem illis verbis est posita.* Et tamen plerique omnes longam texunt explicationem omnium partium totius loci: & sic quidem vt manifestum sit non posse quicquam concilere ex his solis verbis postremis, nisi & omnia corruperint præcedentia: quanquam Pelitanus singat ea tractari in *επεισοδίαις.* At nos, qui partes suscepimus non adulandi sophisticæ, sed veritatem confirmardi, illustrandi, hanc syllogismi formam damus, in qua, si quid sit ab eorum mente recedens, non erit admonere difficile. Quicunque per ignem seruatur, eius anima post mortem igne purgatorio mundatur à peccatis. Atqui cum peccatis venialibus decedunt, per ignem saluantur: Ergo eorum anima post mortem igne purgatorio mundantur à peccatis. Ab hoc syllogismo difficiet speramus futuram disputationem, & certe magis conformem nostræ methodo, nec tamen omnium iri quicquam in aduersariorum minutis: quanquam si fieret, excusat e possent, qui superflua putant.

V. Respondeo prius ad minorem, post ad maiorem. Negatur minor ergo: primo, quia peccata venialia nulla sunt, de quo iam suo campo experti sumus cum hæreticis. Secundo, quia neque Paulus de venialibus peccatis vel verbum fecit, quod etiæ eodem labore consideratum, tamen nunc retractandum, ne quid sophismatis non retusum maneat.

VI. Loquutum ergo Paulum de venialibus peccatis probant ex verbis ligni, fæni, stipulae. Itaque expendunt, quo sensu si dictum, si quis superadificet super fundatum hoc aurum, argenteum, lapides pretiosos, ligna, fænum, stipulam. Et querunt, qui sint superadificantes: quæ item, quæ superadificantur. Et primo quidem agnoscat Pelitanus, totum hunc locum, imo vero totum caput metaphoris abundare. Iustinianus, nemini dubium est posse, totum hunc locum esse metaphoricum: sumptuante metaphorā ab edificis.

ædificiis. Bellarminus metaphoram etiam explicat, & curiosius quidem, quam verisimilius. Similitudinem esse duotum architectorum, quorum unus super fundatum lapis & solidum, erigat domum ex pretiosa materia, quæque ignem non temerat: alter vero super simile fundamentum, domum erigat more pauperum rusticorum ex asperibus, & stipulis, eamque tegat feno & stipulis. Tum autem si adhibeatur ignis utriusque domi, priorem illam nihil penitus kedi, ne architectum quidem, si intus sit, pati quicquam: at posteriorum continuo ignem concipere, & breui tempore totam consumi: Architectum, si intus sit, & velut saluus egredi, saltem non nisi per ignem: neque ipsum quidem mori, sed barba & capillis non in columbus. Ferri posunt omnia: et si Architectus ille intra domum, & barba capillisq; risu potius conquisita sint, quam vici.

VII. Verum, qui ergo nobis erunt tandem ædificantes? Alii omnes, Christianos voluerunt, quorum vita sit instar ædificii, quum videlicet fidei fundamento super ædificant opera, sive bona sive mala. In quam partem abierunt ferme omnes Veteres, in quib. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Ocumenius. Sed & Augustinus, de fide & operib. cap. 16. Et Enchiridij c. 6. Hieronymus, libr. 2. contra Iouianian. Alii, non nisi Doctores intellexerunt, & Prædicatores Euangelii: Ambrosius, Sedulius, Anselmus, Thomas, Carthusianus, Lyranus, Caietanus. Nostri Sophistæ in hanc partem propendunt potius. Certe Bellarminus magis literalem dicit; Pelanus longe rectiore, apostolicoque contextui conformiore Iustinianus notat, prior em vix posse antecedentibus & consequentibus aptari.

VIII. Nobis nulla contentio est. Videamus Paulum sermonem esse proprius eius, qui ob sibi concreditum verbi ministerium, dicuntur Ecclesiam ædificare: neque ab eis discedunt nostri. Martyr, Calvinus, Beza: nam, neque facile occurrit vñquam, ut ædificare dicamus ipsi vitam nostram: & multo minus, ut quæquam vitæ nostræ fundamentum ponere, super quo nos deinceps ædificemus: sed ipsi nobis itidem fundamentum ponimus, ut ædificamus. At certe Paulus ipse sibi non posuit fundamentum luæ vitæ, ut alii postea eam ædificationem continuarent. Itaque, neque dubitari quidem patimur, quin intelligendi sint ii, qui in ædificanda laborarent Ecclesia. Nec tamen facile damnemus eos qui diuerunt ad singulorum centenda bona opera. Nam, mihi quidem ratio nulla appetet, cur tam præcise loquuntur dicamus Paulum de ministerio Ecclesiastico, ut ne simili censura comprehendendi possit vitæ instituenda ratio. Quomodo, et si non tantum colligamus ex circumstantiis, sed etiam ex ipsis verbis cognoscamus, loquutum de scortatoribus & adulteris, 13. ad Hebr. tamen neque negantes toleret, eadem ratione qua adulteros, scortatoresque, sic reliquos sceleratos iudicandos à Deo: & in vniuersum nihil obstat quominus, aut generalis doctrina, peculiariter pro circumstantiis applicetur, aut quæ peculariter quibusdam circumstantiis est applicata, longe producatur latius. Breuiter, haud inuitis nobis Papistæ, quod hinc iudicium Paulus facit de opere Pastorum, facient de quois operum genere.

IX. Alterum ergo inquiramus: quid sit fundamento superstruere, aurum, argenteum, lapides pretiosos, ligna, fænum stipulam. Bellarminus quinque nobis explications recentet, & refutat. Sunt, inquit, qui fundamentum intelligent fidem informem: aurum, argenteum, lapides pretiosos, opera bona: lignum, fænum, stipulam, peccata mortalia. Alii, Christum, seu fidei prædicationem, & Catholicas expositiones, & heretica dogmata: Alii fidem viuam, & opera supererogationis, & omissionem consiliorum, affectumque carnalem ad bona huius mundi. Alii opera bona, & peccata venialia. Alii bonos auditores, & malos ipse denique suam exprimit, quæ fundamentum Christum à primis prædicatoribus annuntiatum: aurum, argenteum, lapides pretiosos doctrinam & salutarem eorum qui docent, non solum verbo, sed etiam exemplo: lignum, fænum, stipulam, doctrinam, non heretica quidem, vel malam, sed curiosam, inutilem, superuacaneam, eorum qui prædicant absque eo fructu, & utilitate, quam Deus requirit: quæ itidem est Pelani sententia, & aliorum quorundam.

X. Veruntamen, fundamentum quod sit, ipse prescrivit Paulus apertius, quam vt cuiquam liceat in variis cogitationes digredi, nisi & sibi ipse sciens volens, & alius imposturam faciat: Fundamentum aliud nemo potest posse, preter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Eo autem nomine continet veram, puramque Euangeli doctrinam, dubium esse non potest: quandoquidem non possit fieri, ut Christo super ædificemur, nisi per fidem: quæ prædicationem præsupponit. Veruntamen, quia eius doctrinæ variis sunt articuli, quorum alii alii magis principales, super quibus alii fundantur: non crediderim ego quidem, huius fundamenti nomine simul & semel significatum à Paulo vniuersum omnius omnium capitum in Ecclesia proponentum: sed fundamentalia distincta a reliquis: ut, exempli gratia, ipsam fidem à politia, sive, ut loquebatur Tertullianus, disciplina; quæ, quia non semper fixa, & ea leui apud omnes, degeneravit tandem in immensam licentiam, à qua eruuntur denique omnia adiumentorum humanarum, id est superstitutionum genera.

XI. Hoc posito, in reliquis explicandis distinguendum est ante omnia Interpretis institutum: qui, si nihil animo suo proposuit, quam continere se intra cancellios littera, solique hæreter disputationi Paulinæ, tum vero non potest contextus series ferre, ut, quæcumque operum genera sive bonorum, sive malorum, uno hoc fasciculo continetur: sed tantum ratio ædificande Ecclesia per prædicationem, ut notauius. At, si hoc posito, in applicatione morale digredi velit Interpres, nihil interest, quoniam non quorum cuncti Christianorū laudentur quæcumque virtutes, & reprehendantur quæcumque virtus. Neque enim solis prædicatoribus præscriptæ leges officij, nec solis propositus dies, quo vel probentur, vel improbentur opera. Nobis saltem nunc de Purgatorio disputationibus, a. 15. p. 29. est: nec patimur, si hæreter prædicatoribus, quasi necessario statuendum sit Purgatorium, si concedatur eadem ratio esse omnium operantium.

XII. Tantum fieri improbamus, quicunque hæc, sive de prædicatione, sive de operibus intelligas, addunt contineri intra limites venialis peccati: quæ non tantum repletæ falsa est imaginatio, quia peccatum veniale nullum est, sed etiam absurdum, quia contra Apostolicæ orationis seriem. Nam, ut alias obseruatum, Paulus extrema extremis comparat, seruata ignis metaphora. Nouerunt enim omnes, ignis si habeatur ratio, tum opponi aurum,

argentum, lapides, ligno, fæno, stipula, non tanquam quid magis & minus, sed tanquam extrema opposita. Itaque, in applicanda similitudine, si ignis significet iudicij diuini severitatem, neceste est etiam, actiones humanas considerari simili ratione oppositas: quæ ratio oppositionis non potest esse operum bonorum & peccatorum venialium: quia hæc non extrema sunt, sed inter extrema.

XIII. Obicit Bellarminus, primo peccata mortalia potius comparari ferro & plumbu, aurore Gregorio: secundo, ergo omnes futuros saluos, secundum Origenem. Addit Pelanus: tertio, hæreticorum ædificant super fundamentum: nam, omnis hæretis Christum, eius fidem foluit: peccata etiam capitalia, fidei vitam admittunt, quæ sine caritate mortua est. Quarto, profert utique communem consensum Doctorum. Nam, summa consensione, inquit Bellarminus, volunt alij, omnes, tum Græci, tum Latinis, hunc locum intelligi de venialibus peccatis.

XIV. Sed comparari ferro & plumbu peccata mortalia, & inerudite dixit quisquis ille fuit Gregorius, & Bellarminus absque iudicio repetit; idque tanto intolerabilius, quanto neuter eius dicti rationem vilam redditam voluit: quasi suum regnum esset Theologicum: aut nemo glande vesca deficeret. Atqui, certum est, Scripturam consueuisse, hac ignis & stipula similitudine, describere summam iudicij diuini severitatè: indeque supplici meriti diritatem. Esaiæ 5. Sicut absunt stipulam luiga ignis, & quisquilius flamma debilitas: sic radix eorum velut purreo erit, & germin eorum velut puluis ascender: spreuunt enim legem Iehovæ exercitum. Et 47. Ecce erunt tanquam stipula, ignis comburet eos, non liberabunt animam suam de manu flamma. Nahum 1. Consumentur velut stipula ariditate plena. Malach. 4. Ecce enim dies illa venit, ardens tanquam clibanus: erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, ut stipula: comburentque eos dies illa venturæ. Quid iuuat in tempore cogitationibus indulgere? Quid varia lectori conjecturas, & alienas à stylo Spiritus? Et vero quid est, quæfo, quod in hac Pauli allegoria ferrum, plumbum & copotius inducendum suaferit? Scilicet, diutius in igne durant, quam lignum, quam stipula. Imo, inquam, hoc ipsum est, quod vitavit Spiritus Sanctus: ne aliquid virium videretur relictum, quibus obsisti posset vehementissimæ illi vindictæ. Enimvero in illis prophetarum oraculis censemus significatum eos peccatores, quibus sic denuntiabatur ira Dei, non futuros perpetuo in igne? Absurdum: erant enim ij, qui mortaliter peccabant: non enim non mortaliter peccant, qui spernunt legem Dei.

XV. Omnes futuros saluos, negatur sequi: Nam, apud Paulum, non est vniuersale axioma, neque ille voluit, nullus damnari corum, qui super Christo lignum, fænum, stipulam ædificauerint. Itaque ille ipse Gregorius, quo Aiace vtuntur Sophistæ illico ipso 3. Dial. Pensandum, inquit, sollicitus, quia illum per ignem dixit posse saluari. Mensem expressit, verba non retinuit. Nimirum, sicut Christus dixit: Quodvis peccatum & blasphemia remittetur hominibus: non quod quicunque peccarent certi essent, se propterea non puniendos, sed quia sperare possunt misericordiam à Deo. Quomodo ergo deliranti Otigeni non fauit tunc Christus, sic ne nunc quidem Paulus?

XVI. Heretici, inquit Pelanus, non ædificant super Christo fundamento. Imo, hæreticorum importuna nominatio est, quæ hæreses esse debuit potius: nam, et si hæretici nunquam ædificant super Christo, tamen super Christo fundamento ædificari possunt hæreses: id est, ab eo qui Christum fundatum teneat, adde etiam, eius zelo transferatur ultra recti limites. Exemplum in Cypriano, qui hæreti manifeste ædificauit, & quidem quandiu vixit: nec tamen vñquam fuit hæreticus, imo ab Augustino prolixie laudatus ob seruatam Ecclesiæ unitatem. Sic Irenæus milleniariorum chimeram super ædificauit Christo, quem constanter retinuit. Sic alii. Vnde Anselmus in hunc Apostoli locum: Nam in libr. Sanctorum Doctorum, quos authenticæ legit Ecclesia, non unquam inueniuntur quedam prava vel hæretica: non tamen pro his vel libris vel auctores damnantur. Perlegat eorum libros prudens lector, & inueniet esse verum quod dico. Etsi ergo verissimum sit, hæreticos non retinere Christum fundatum: tamen verum est, posse hæreses quasdam super ædificari Christo, id est, ab eo, qui Christum retineat. Neque verum, omnem hæretin Christum soluere, sed eam dunitaxat, quæ formaliter hæresis est, & separationem inducit ab Ecclesia: quod in hæreti materialiter nominata, non semper accidere ostendunt exempla recitata ostendit: etiam adversariorum definitio de fide implicita, quam suo loco attigit: nempe, aliquem habere veram fidem, qui tamen actu credat oppositum veræ fidei.

XVII. Præterea, omissa etiam hæresi, possunt alia Christo super ædificari, quæ tamen non continent se intra septa peccatorum, quæ à Papistis venialia dicuntur. Nimirum quia hæretis ad doctrinam proprie pertinet. Atqui, super est etiam disciplina, sive politia Ecclesiæ, in qua multa peccari possunt, & iam pridem peccata sunt. Sic Quarradecimani Paschæ celebrationem astrigebant Lunæ quartæ decimæ, idque prætextu Apostoli Ioannis. Sed deinceps plurima inueniuntur sive à viris bonis, & exactionis sanctitatis nomine, quæ et si nihil viderentur habere ab initio admodum mali: tam & postea degenerarunt in graues superstitiones, & à suis initis coherberi debent, eo quod essent præter Scripturam. Sic enim & vestrum usus peregrinus inductus: & ciborum discrimina iniecta; & dierum delectus confirmatus: sic etiam Sanctorum primus honor, degeneravit in inuocationem, & imaginationem adorationem.

XVIII. Quod dicit, peccata mortalia adimere vitam fidei; dixisset nata esse adimere: & nemo contradiceret: sed actu adimere, falsum est: sic enim nemo fidelis peccaret vñquam mortaliter. Itaq; certum, hanc esse naturam peccati mortalis: dic melius, naturam omnium peccatorum, ut extinguant fidem: sed coherberi tamen ab inhabitante Spiritu Sancto: ut ne præualeant, & pernitus demergant fideliter: ut nihil sit absurdum, si dicatur quis & peccare mortaliter, & tamen retinere Christum fundatum. Sic Theophylactus in Lucæ 22. describit Petri negationem, ei regi adiutori missus. Cælestib[us], dicit: ex eis exortu[m] ipsa tu, arripuerunt tuus testes: neq[ue] tu p[ro]p[ter]a ipsi[us] te tu p[ro]p[ter]a te inveniatur. Et si paululum concuerendus es, habes tamen in ista semina fidei: quoniam folia deseruerit iuuentans ventus, ut radix vivit, neque deficiet fides tua. Sic nimirum ædificabat super Christo fundamento, cui firmiter hærebat, peccatum mortale dimis Petrus. Quid: quod non aliam habent aduersarij rationem excusandorum Pontificum suorum, Marcellini, & Melchiadis? Externi, inquit, actus sola pecca-

runt: nimirum, ille sacrificans diis, iste subscrivens Arianis. Ergo hi retinebant fundamentum Christum, alioquin in fide defecissent: & tamen superadificabant peccata mortalia.

XIX. Sed præter Chrysostomum, omnes interpres tum Græcos tum Latinos, de veniali interpretatos esse, credimus Bellarmino: Omnes? Et quidem Græcos? Atqui paulo ante Theophylactum Chrysostomo addidit comitem: Et vero is diuersos gradus interpretatur cum bonorum, tum malorum operum: Postquam erimus, inquit, per fidem gloriam consequisti, singuli super huiusmodi fundamentum adificabimus, alij quidem opera rectiora & benefacta, que tamen intorse vel magnitudine, vel exiguitate differunt plurimi: ut castimoniam, qua aurum prefert, vel nuptias honore dignissimas, qua argenti pretendentur: vel paupertatem, qua pretiosis lapidis comparatur: vel abundantiam elemosynam, qua cum minoris pretiis rebus conferri potest. Alij vero vel præfaciona superadificabunt, que et si gradibus discernantur, possunt tamen faci, & stipulas, que facile flagrant & succeduntur, nominibus dici, cuiusmodi immunditia, idolatria & auaritia sunt. Ligna autem erunt, qua his inferiora sunt virtus, qualia temulenta est, & risus effusor, & eiusmodi alia: tamen si contra nonnulli sentiant, quod pro lignis maiora qua diximus flagitia copiunt: profano vero, & sibi, nra, inferiora hac & minora.

XX. Sed Oecumenius & Theodoretus saltem habentne peccata venialia? Ne verbo quidem. Ille: τοις μηδε βιβλοκότας ηγέρεται οὐχι γε τὸ πῦρ λαμπτεῖται δισφαίνεται ἢ τηλεταὶ εργάται οὐκέτι κατέται, & παλαιόντες. Eos qui bene vivere instar aurii, & argenti illustriores ignis ostentant: nequitia operarios, instar lignorum, & fæni, & stipulae coniunctum. Hæcine peccata venialia? Theodoretus: Aurum, & argenti, & lapides pretiosos, appellat species virtutis: ligna a. & fæni, & stipulam, ea q̄ sur viriuti cōstaria, quibꝫ paratus est ignis gehenna. Hęc: ne peccata venialia? Et habes tamen hoc conclusos numero, quicumque nobis interpres Græci supersunt. Eu tibi, quo iure, qua fide omnes Græcos Bellarminus dixerit. Addamus Syrum Ephram, de penitentia: Vere dixit Paulus, quod qui superadificat super fundamentum ligna, fænum, stipulam, detrimentum patietur. Et non solum de prædicatione hac ait Paulus, sed etiam de actionibus: neque solum de doctrina, verum etiam de penitentia. Fænum vacuum est, & inane. Si quis igitur non firmiter penitentiam egerit, stipula est. Ligna sunt, quia in aquis fluant, & in superficie manent. Si quis ergo non firmiter ad penitentiam accesserit, lignum existit: & non solum abycitur talis: sed etiam in igne, inquit, comburetur. Quid itaq; quia & multis impeditur, & Deū illud cogitauit. Hæcine peccata venialia?

XXI. An ergo saltem Origenes? Ille quidem animas post vitam purgari docuit: sed peccata venialia nulla propterea distinxit a mortalibus: imo ab omnibus purgari dixit. Et vero ab eo Bellarminus citat ex 6. in Exod. hom. Sed & illuc cum conuenit, si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illu parum, tanquam plumbum, igne resolutus, & purgatur. Vbi quid est, quælo, quo peccatum veniale designet, potius quam mortale? Nā, iniquitas est nomen commune, si tamen communè patientur, qui veniale adeo extenuant, vt non sit contra legem, sed tantum præter legem. Sed ut condonemus hoc: tamen iniquitas, profectio, continet peccata mortalia. Et parum iniquitatis quod dixit, compare est: nimirum, quia opposuit multa opera bona: non est autem necesse, vt in quo est aliquid peccatum mortale, in eo non sint plura opera bona. Denique, quid si plumbum vrgemus? Nam volebat Gregorius huic comparari peccata mortalia. At Origenes, non sicut fænum dixit, aut stipulam dixit, aut etiam lignum, sed sicut plumbum.

XXII. Sed Latini supersunt saltem. Omnes ergo Latini summa consensione intelligunt peccatum veniale. Vide Bellarmine, quid dicas? Sed quinā omnes? Ii nimirum, nam ita dicas, quos enumeras, tum quum probare satagi, ignem Pauli intelligentem vestrum Purgatorium. Nempe Cyprianum dicas, Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium: tum recentiores, Anselmum, Haimonem, Thomam, Rupertum, Lombardum, & Scholasticos: Scilicet, inquam, vt soles, magnifice mentiri. Etenim in veteriis locis illis, nemo venialia nominat, solus Gregorius, minuta, atque levissima: que utrum sint eadem cum vestris venialibus nondum certo constitutum est. Sed hunc omitramus sane.

XXIII. At Cyprianus, intellexitne peccatum veniale? An tu potius neglexisti legens, Bellarmine? Quid ergo scripsit: Epist. 52. quem vnum habetis locum. Aliud est ad veniam stare: aliud, ad gloriam peruenire: aliud, missum in carcerem non exire donec soluat nouissimum quadrangulum: aliud, statim fidei, & virtutis accipere mercedem: aliud, pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari a igne: aliud, peccata omnia passione purgasse. Hęc ille. Atqui inquam, primo cur hunc locum dicas explicare? Nam ille, profecto, nec aurum, nec argentum habet, nec lapides pretiosos, nec vero lignum, fænum, stipulam. Audiamus magnifice ratiocinante Iesuitam. Non meminit ille quidem aperte huius loci: sed tamen, cum nusquam in Scriptura fiat mentio ignis, vbi aperte de Purgatorio agitur, nihil dubium est, quin Cyprianus ad hunc locum respexerit. Quid hoc? quid hoc est, inquam? Ergo tibi pro certo supponendum est, hic agere Paulum, & quidem apertissime de Purgatorio, prius quam certum sit Cyprianum ad hunc locum respicere. Et tamen tu ex Cypriano probare vis, hunc locum intelligentem de Purgatorio. Itane disputas, o magne controversiarum disceptator? Et sunt tuq; demonstrationes huius generis, ex pura petitione principii? Sed hoc mitto. Istud me nunc oportet annotare: solam ignis vocem in Cypriano inueniri communem cum hoc loco Pauli. At nos ageremus de ligno, fæno, stipula. Dic, age, de tribus capellis: vbi docuerit Cyprianus lignum, fænum, stipulam, eti. peccata venialia? Ast ego contra doceo: quia istos, de quorum purgatione per ignem non nihil loquitur, quod tu non intelligis, constat fusilli laplos, de quorum causa disputabat: laplos autem, non in rīsum paulo immoderatore, in verbum oris fulum: sed in abnegationem fidei. Hoccine veniale?

XXIV. Quid Ambrosius? Cum Paulus dicit, sic tamen quasi per ignem ostendit quidem illum saluum futurum, sed pœnas ignis passurum, ut per ignem purgatus fiat salutis, & non sicut perfidi, igne in perpetuum torqueatur. Esto, tane: Sed de capellis quid? Quid de peccato veniali? Hoc enim agitur a nobis: quod tamen non agitur ab Ambrosio. Contra vero, agi de peccato mortali, sic doceo. Omnis doctrina mala, corrupta, vana, est in doctore peccati mortale. At lignum, fænum, stipula, Ambrosio est doctrina mala, corrupta, vana. Et

go lignum, fænum, stipula, est Ambrosio peccatum mortale. Assumptum probo ex eius verbis: *Vnusquisque autem videat quemadmodum superadficet. Ide est, ut superadficia congruant fundamento: quia si male docuerit, Christi nomine permanet, quod est fundamentum: doctrina autem mala peribit, sicut dicit Dominus: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod possum est, quod est Christus Iesus.* Ideo, nemo potest ponere aliud fundamenū: quia, quamvis heretici sint aliqui, non tamen docent nisi sub Christi nomine. Si quis autem superadficat supra fundamentum hoc, aurum, argenteum, lapides pretiosos: Lapides pretiosi sunt quos non corruptit ignis. Tria genera posuit præclara in mundo, in quibus bonam doctrinam significavit. Ligna, fænum, stipulam: tria alia genera posuit, sed fruola: in his corrupta. Et vanæ doctrina designata dignoscitur. Qui facit hoc opus, manifestus erit, dies enim declarabit, quia in igne reuelatur. hoc est, mala doctrina in igne reuelatur. hoc est, mala doctrina in igne omnibus apparebit: nunc enim quosdā fallit. Et uniuscūq; opus quale sit, ignis probabit. Quia enim per ignem examinatione fiet, si in aliquo non inuenierit quod exurat, manifestat illum bonum fuisse doctorem. Mala enim & adultera doctrina idcirco in ligno, fæno, & stipula significata est, ut ostenderetur ignis esse esca. Nota non fruola tantum superadficia: sed doctrinam malam, corruptam, vanam, adulterā, quæ fallit aliquos: denique, comprehendentem etiam heres. Hęc peccata venialia?

XXV. Non Cyprianus, non Ambrosius. Ergo Hieronymus? Recitat ex commentario in Amos. *Iuxta illud, quod in Apologeto legitur, Ipse autem saluus erit, quasi per ignem: qui ergo saluatur per ignem, quasi torris de incendio rapitur,* Audio: *ted de tribus capellis, quid tandem? An Bellarmino creditus, illud, qui saluatur per ignem, idem esse ac, qui peccata venialia admiserit? Sed contradicit Hieronymus ipse: paulo post: *Igitur & Israel, & cuncti heretici, quia habebant opera Sodoma & Gomorra subvertuntur ut Sodoma & Gomorra: ut quasi torris raptus de incendio liberentur.**

Hæcine peccata venialia? Theodoretus: *Aurum, & argenti, & lepidos pretiosos, appellat species virtutis: ligna a. & fæni, & stipulam, ea q̄ sur viriuti cōstaria, quibꝫ paratus est ignis gehenna.* Hęc: ne peccata venialia? At habes tamen hoc conclusos numero, quicumque nobis interpres Græci supersunt. Eu tibi, quo iure, qua fide omnes Græcos Bellarminus dixerit. Addamus Syrum Ephram, de penitentia: *Vere dixit Paulus, quod qui superadificat super fundamentum ligna, fænum, stipulam, detrimentum patietur.* Et non solum de prædicatione hac ait Paulus, sed etiam de actionibus: neque solum de doctrina, verum etiam de penitentia. Fænum vacuum est, & inane. Si quis igitur non firmiter penitentiam egerit, stipula est. Ligna sunt, quia in aquis fluant, & in superficie manent. Si quis ergo non firmiter ad penitentiam accesserit, lignum existit: & non solum abycitur talis: sed etiam in igne, inquit, comburetur. Quid itaq; quia & multis impeditur, & Deū illud cogitauit. Hæcine peccata venialia?

XXVI. At Augustinus saltem. Imo, neque ipse Augustinus, eti omnia molliissimus. Constanter enim lignum, fænum, stipulam, appellat paulo vehementiorem amorem rerum temporalium, eti non præpositarum amori Christi. Sed hunc tamen ut veniale dicere, nunquam accidit. Scio, veniale appellari à nostris Papistis: sed horum nos sententiam nec quartum, nec curamus. Augustini quartum: & quantum opus est, curamus. Et hæc sane, si in dubio sit, quandiu erit in dubio, nemirentur Papistæ nos qui etiam minimis peccata scimus esse mortalia: minima peccata legentes apud Augustinum, interpretari mortalia. Cur enim vellet, nos non ex nostra sententia Augustinum interpretari in re dubia, potius quam ex ea quam nobis illipræscribere volunt, & nos scimus alienam esse à veritate?

XXVII. Reliquos quid exsequar singulos: quum ne cuncti quidem, momentum facerent? Atqui Bellarmino confidentiam fecit hęc una ratio.

Quod putarit primo, quicumq; Purgatorium admittant, etiam peccata ve-

nialia admisuros. Deinde, hos omnes Purgatorium admittere. Atqui hoc postea constabit esse Bellarmini somniū: illud ēt nunc fictiū esse apparuit.

XXVIII. Desino plura dicere: tanrum describo Francisci Turriani iudicium: imo non iudicium duntaxat, sed etiam prolixiusculam disputationē, concludentem diserte ligna, fænum, stipulam, esse peccata mortalia. Pro Epistolis lib. 4. c. 13. *Aurum, argenteum, lapides pretiosos: Significare hac varia species virtutum ac bonorum operum, quia nemo dubitat, non opus est per Scripturas probare.* Quod vero lignum, fænum, stipula, varia malorum genera significat, quæ sunt opera cōstabilita, id est, digna gehenna ignis eterni, ex mediis locis Scriptura Sanctæ licet intelligere: ut *Ezaias primo, de idolorum cultu loquens, Fortitudo, inquit illorum ut stipula stupre fortitudinem vocat idola, quibus Israëlitæ & cōfidabant, & in quibus spem victoria collocabant: illorum itaque idolatriam dicit esse stipulam: significans arfuros esse igne eterno proprie*t* illud peccatum. Sic beatus Cyrilus in commentario prophetæ huius interpretatus est: quo in loco ait significare lignum, id est, a se ipso id est inflammabile: fænum vero & stipulam, id est, a se ipso non posse cohiberiflammam, & extinguiri: quod in Euangelio dicitur & & & & & id est inextinguibile. Rursus Beatus Basilius in commentario ejusdem Propheta in eodem loco, stipulam ait significare vitam inflammabilem, & incendio dignam. Nemo autem non intelligit, quæ talem faciunt vitam, id est incendio dignam, peccata esse mortalia. Hæc ille: & pauca præterea.*

C A P . XII.

Quæ sit Paulo dies reuelans.

I. Hæcne disputata est minor syllogismi propositio. Maior asserebat: *Hicunque seruetur per ignem, eius animam post mortem igne purgatorio à peccatis mundari.* Hanc rursus negamus. Illi probant ex Pauli verbis: *Cuiusq; opus manifestum fiet: dies enim Domini declarabit: nam per ignem retegetur, & cuiusq; opus quale sit ignis probabit.* Si cuius opus manebit, quod superadficaverit, mercedem accipiet. Si cuius opus exsistit, dannum faciet: ipse vero saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

II. Sed nos & maiores negamus: nec stabiliti his Pauli verbis, possumus coedere. Hoc tam illi vt obtineant, diligenter disputant: primum, quis sit ille dies Domini: deinde, quis ignis: in omnem esse de vtroque valde discrepantes tum veterum, tum etiam recentium interpretationes: adeo, vt si suam non peculiariter statuant in certo, reliquias omnibus refutatis, necessario illis ad restitut res redeat. Suum enim Purgatorium nullum esse posse sciunt, nisi eo intermedio tempore, quod est à morte ad resurrectionem corporis.

III. Disputat ergo Pelanus, per diem Domini significari vel præsentem vitam, vel particulare vniuersiisque iudicium, quod fiet in morte: vel vniuersale iudicium, quod futurum fit in resurrectione. At diem, de quo hęc sermo, non posse aut ad præsens seculum, aut ad vniuersale iudicium commode transferri: consequens est, vt ad tempus instans mortis vniuersiisque, particulatissime iudicij transferri debeat. At Veteres, inquam, alij præsentem vitam maluerunt: alij vniuersale iudicium: nemo nisi recentissimus, illud particulare. Nostri omnes, Martyr, Caluinus Beza, iis asserti sunt, qui vitam præsentem. Pelicanus iis, qui vniuersale iudicium. Et certe illud intermedium tempus nihil haber verisimilitudinis.

IV. Sed, non intelligi præsentē vitā, disputant argumentis quatuor, apud Bellarminum Pelanum, lustinianum Commentario in hunc locum. Primo: *Quia Graece est dies cum articulo i. 30. ipse ex quo appetit, certum quendam,*

dam, & definitum diem significari: vt poster. ad Timoth. 4. Quam reddet mihi Dominus in illo die. Et 2. Certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Et 4. Det ei Dominus inuenire misericordiam in illa die.

V. At nos negamus, *huius*, etiam addito articulo, semper designare certum aliquem, præfinitumque ac præstitutum diem. Interdum enim mere agitur. Ad Rom. 8. *Iacobus* p[ro]p[ter]e o[ste]r l[et]u' r[es]u' n[ost]ri: occidimur rotum diem. Decimo: o[ste]r l[et]u' r[es]u' n[ost]ri p[er]petuū ēst[et] in C[on]tra r[es] x[rist]i n[ost]ri. Toto die expandi manus meas, Et 14. o[ste]r f[est]ivit[er] r[es]u' n[ost]ri: Qui curat diem. Ad Ephes. 5. ai[n]d[ic]at n[ost]ri p[ro]p[ter]e s[ecundu]m ei[us]: Dies mali sunt. Hinc Iosua 13. ο[ste]r β[ea]tη θ[ε]ο[us] ἡ[γ]εων: Et 23. ο[ste]r β[ea]tη θ[ε]ο[us] τ[er]r[ae] n[ost]ri: μι[er]icordia: pro quo, Genes. 18. ο[ste]r β[ea]tη θ[ε]ο[us] n[ost]ri: & i. Reg. 1. ο[ste]r β[ea]tη θ[ε]ο[us] n[ost]ri: e[st]as, prouectus diebus.

VI. Interdum sola distinctio noctis innuitur Genet. i. **Αλεξανδρεῖ** οὐ τοῦ μὲν
Corūnī ἡμέρας, τῷ διατάσσεται μὲν τὸν νυκτὸν: ad discernendum inter diem & noctem.
Et statim τὸν φωτισμὸν τὸν μέγαν εἰς αὔρας τὴν ἡμέραν: Luminare manus in principiis
dies Luce nono: ἡ δὲ ἡμέρα ἡρθεῖτο καλύπτει. Dies autem cœperat inclinare. Io-
an. ii. Διδύκας εἰπεν ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν ἡμέραν: Duodecim sunt hora diei: εαρίς τοι πεντή τοῦ
ἡμέρας. Si quis ambulet interdiu Apoc. 8 ἡ ἡμέρα μὲν φῶτιν τὰ τέλη τον αὐτὸν: Et
dies non appareat tertia pars τοῦ: Hinc phrasis εἴρεται τῇ ἡμέρᾳ: ut Mich. 2. ἡργα εἴ-
ρεται τῇ ἡμέρᾳ οὐκετίδινος εἴρεται: Et simul cum die consummabant ea. Vnde etiam
describitur operariorum labor: Matt. 20. συμφωνία: μέτρον εργάτων σὺν οὐκω-
ντι τῷ ἡμέρᾳ: Partus cum operariis denario in diem, τοῦ δὲ βασιλεῖας τὸ βαρύτ-
ον τὸν ἡμέραν οὐκετίδινον: Qui portauimus pondus diei, & astum. Exod. 5. σύν-
τολην ψευδότην τῷ πληθυντὶ ἡμέρα: Dies τοῦ φθινοπώντος ἡμέρα: Non relinquetis à lateribus,
quod pertinet ad diem. Porro, hanc **Αλεξανδρεῖ** noctis Calvinus expressit op-
portune: Dies apte vocatur tempus illud, quo discussis tenebris, & caligine, illu-
stratur Veritas: As si dicaret, non semper erunt tenebra, aliquando lux orietur, que
omnia manifestabit.

VII. Breuiter. & disertius dico, nunquam significari certum præstitutum que diem, nisi, prater articulum, accedit aliqua circumstantia peculiaris, quæ circumscribendi vim habeat. Matth. 24. *αὐτὸν τοῦ Νέστορος*: Dies Noe. Matth. 14. *τὸν ἡμέραν τοῦ Ιωάννου*: prima die arborum. Luc. 1. *καὶ ταῖς ὑπόλευκαις τῷ θεῷ*: In diebus Herodis. Et 4. *τὸν ἕβδομον τοῦ Καθεδρῶν*: Die Sabbatorum. Sunt autem in circumstantiis frequentissima pronomina relativa. Matth. 3. *ἐν ταῖς ἱερογραφίαις*: in illis diebus. Et 7. *νοσοῖς ἐστοι μοι εἰς ἔνδειξην τῆς ἀπίστατης*: Multi mihi dicent in illo die. Et alias frequentissime. Vnde apparet, quam incepto se ferat in disputando Bellarminus, qui exempla proferat huius ordinis, ubi præstutio diei non est ab articulo, sed à pronome: non *τῇ ἡμέρᾳ*, quæ nostra phrasis esset: verum, i. postea ad Timoth. *αἱ ἑπτάμεροι* & *ἑπτάνητοι* & *ἑπτάνητοι*: & quarto. *τοῖς ἑπτάμεροι*: Quæ nunc nostra nulla phrasis est.

VIII. Secundo. Præsens tempus, inquit, non dicitur dies Domini: sed dies nostra: sicut contra dies alterius vita: dicitur dies Domini, non nostra. *Luc. 19.* Et quidem in hac die tua, que ad pacem tibi. Et 22. *Hac est hora vestra. Galat. 6.* Dum tempus habemus, operemur bonum. *Psal. 14.* Cum accepero tempus, in iustitia iudicabo. *Sophon. 1.* Iuxta est dies dies Domini magnus. *Iocel. 2.* Veniet dies Domini tenebrarum & caliginis.

IX. Atqui primo , Paulus die m Domini non dixit: sed diem : neque enim vlla exemplaria Græca aliter habent : quam ἡ γένετα Διὸς. Nec Syrus mutauit גַּדְעֹן אֶת־מִנְחָה quod perperam vertit Boderianus: *Dies enim ille patescit illud: sed bene Tremellius: Dies enim ipse manifestat illud.* Et vide somnolentiam. Nam id pro neglecto habuerunt, Bellarminus , Peltanusq; quasi interesseret nihil. Iustinianus opponit , multos Latinos codices, & emendatores, habere diem Domini. Sed hos quis edidit esse emendatores? Nam contra Latinorū codicū varietatem ex Græcorū fide censendā, præscriptio est Augustini. At Græci codices constantissimi sunt: adeo quidem , ut nulla unquam varia lectionis hoc loco vestigia occurrant. Illigitur sine dubio Latinī codices sunt emendatores , qui non legunt diem Domini. Calvinus: *Plus gratia habet metaphora, si diem simpliciter legas, quia subindicat Paulus hoc modo, non semper bene discerni veros Domini seruos, à falsis operarijs: quia noctis obscuritate virtus & virtutes tegantur: sed noctem hanc non fore perpetuam.*

X. Sed demus tamen, diem Domini: quid tum? Praefens tempus aiunt, non dicitur dies Domini: sed dies nostra. Falsum, inquam. Et testē do Thomam in hunc ipsum locū, *Dies Domini dicitur, quando voluntas Domini compleetur de hominibus, qui per eius iustitiam premiabuntur, vel damnabuntur.* Unde secundum triplex Dei iudicium, triplex potest intelligi dies Domini. Erit enim quoddam iudicium generale omnium: & secundum hoc, dies Domini dicitur nouissimus dies iudicij. Aliud autem est particulare iudicium, quod fit de unoquoque in morte ipsius: & secundum hoc, dies Domini potest intelligi dies mortis. Sic ergo dies Domini declarabit, quia in morte uniuscuiusque eius merita patent. Tertium autem est iudicium in hac vita: in quantum Deus per tribulationes huius vita interdum homines probat. Dies ergo Domini declarabit, quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur.

XI. Enimvero, qua estigitur, quam Ecclesia diem Dominicā vocat, post Apostolos. Apoc. I. οὐδέποτε εἰ τινεύματι τινεύεται: Fui spiritu corre-
ptus die Dominica? Sed & alias, Esaiæ 2. Dies Domini exercitum super omnem
superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Et tamen,
teste Lyrano, sermo est de tempore, quo Sedechias à Nabuchodonosore ab-
ductus est: vel, teste Hieronymo quo Romani subuerterunt templum. Cap.
13. Vlulate: quia prope est dies Domini. Et post: Ecce dies Domini venit. Et tamen
eo capite prædictitur Babylonici regni euersio per Cyrum, testibus Hierony-
mo, & Lyrano. Ezech. 13. Hac dicit Dominus, V& Prophetis insipientib. non a-
scendistis ex aduerso: neque expetiuitis murum pro domo Israel ut staretis in pra-
lio in die Domini, id est, inquit Emmanuel Sa, quem Deus per Chaldaeos puniret
Cap. 30. Propo est dies: prope, inquam, est dies Domini: dies nubis: &
tempus Gentium erit. Veniet gladius in Ægyptum: & erit dolor in Æ-
thiopia, quem cecididerint vulnerati in Ægypto. Prophetat, inquit Lyranus, non
solum contra Ægyptum, sed etiam contra eorū auxiliarios. Hieronymus: Ut au-
tem sciremus quis esset iste gladius, qui v̄staret Ægyptum, & terroreret Æthiopiam,
sequitur manifestus: Et ceſſare factam multitudinem Ægypti in manu Nabucho-
donosor regis Babylonis: qui non solum veniet, ed v̄t nec multis comitatus natio-
nibus. Scilicet, iſte dies Domini non erat in praesenti ſeculo, nec in futuro vſu-
rus erat Babylonis Deus ad caſtingados Ægyptios. Quid similia omnia ſi-
gillatim exequar: Habes diem Domini, in ſeculo, loel primo, Amos quin-
to: apud Abdiam, & alias fortassis.

XII. Quid ad nos, si alias interdum dies Domini dicitur de futuro seculi, dum alias etiam de praesenti? Et tamen immemito Ioelem nominat testem c.2. Venit dies Domini tenebrarum, & caliginis nisi nulla fides Hieronimo: Rursum, inquit, per metaphoram locustarum, describitur impetus Chaldaeorum. Vel nulla Lyra: Quia prope est dies tenebrarum, tempus multarum misericordiarum, & calamitatum: Quod potissimum habet locum in prima destructione templi per Chaldaeos, & secunda per Romanos, & in eius prophanatione per Gracos.

XIII. Tertio, Tempore vita præsentis nō declaratur opus vniuersitatis, quale sit. Tribulationes n. communes sunt bonis & malis, iustis & iniustis.

XIV. Respondeo, sum fallum. Etenim si tempore vita præsentis non declarantur unquam, cuiusmodi essent opera cuiusque: ergo nullum esset dictamen inter bonum & malum. Tum autem quia de doctrina proprie & peculiatariter agitur, nulla ratio esset disceendi haereses suborientes, à vera doctrina. Atqui contra docuit experientia, nunquam Deum permisisse, ut perperuo fallerent Ecclesiæ falsi Doctores. Etsi n. aliquando vidi sint aliquādiu præualere: tamen vicit tandem veritas. Sic Ariani, postquam yniuersum orbem occuparunt profligati sunt tandem. Sic Antichristus, post immanem tyrannidem, eamq; longilimā, deitum conficiendus est spiritu oris Domini.

XV. *Fateor, tribulationes communes esse. Verum, dies Domini, siue etiā ignis, non solas has significat: immo neq; præcipue: sicut n. illa particularis Augustini commentatio. Deinde, non sequitur, si communes sint, non manifestare tamen opera. Quia non est necesse, in omnibus eadem esse effecta afflictionum. Nam certe his sic exploratur fides electorum, ut etiam approbetur. Prima Petri 1. Tristitia paululum nunc si opus est, in variis temptationib. affecti, ut exploratio fidei vestre, multo pretiosior exploratione auri, quod perit, & tamen per ignem exploratur, comperiatur vobis esse laudi, & glorie, & honori.*

XVI. Quarto, omnes Doctores intelligunt hanc diem esse diem iudicij. Licet n. Augustinus & Gregorius, docuerint, posse referri ad hanc vitam:

XVII. Sed Bellarminus interpolat vtriusque sententiam. Augustinus sane tam constans fuit in ea explicatione, quæ diem Domini exponit in hoc seculo, ut nunquam ostenderit se in aliam partem inclinare. Amplius dico: nunquam Augustinus aliam expositionem, vel vidisse significauit, quam nō improbareret, & refutaret: vt c. illo 16. de fide & oper. illâ quæ salutem cuilibet pollicebatur, etiam in peccatis perseueranti. Itaq; nunquam docuit, quod Bellarminus asseruit, posse accipi diem hunc, de futuro seculo, Gregorius vero vtriusque meminit, sed non sine discriminâ: *Quamus*, inquit, *hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito, possit intelligi*; tamen *hoc de igne futuræ purgationis accipiat*. Nimirum, ita aliis suum permittens sensum, ut suum tam ipse sibi retineat, nec illum tam proberet, quam cautela quadam corrigat, ne in eam incidat, quam Augustinus implobabat. Nec vero illum huic, aut præferri, aut æquari significauit: & contra, eo ipso, quod aliorum esse ostendit, sine dubio postpositum. Nam cui haec tenus auditum est: eam quemque amplecti sententiam, quam non præferat omnibus aliis?

XVIII. Quum consentiant omnes Papistæ, diem hunc intelligendum post hanc vitam, tu vero seindunt se in tres sententias. Sunt a. qui, cum Veteribus, ultimum in viuens alesq; iudicium velint. B. illarminus in iis nomen proficitur suum: *Omnes Veteres, inquit, videntur accepisse per illam diem, diem ultimi iudicij quorum mihi videtur verissima sententia.* Et hanc argumentis quatuor firmare conatur. Vno. *Quia* ubique in Scripturis dies Domini, significat diem ultimi iudicij. Secundo, *quia* dicitur in illa die: quo designatur una quædam dies, qua omnium hominum opera simul probantur. At dies iudicii particularis non sit una, sed multiplex: nec in ea probentur omnium opera. Tertio: *quia* dicit Apostolus: *Dies Domini declarabit: quasi diceret, tunc erunt omnia omnibus manifesta, ut c. seq. Donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium:* Id autem non fiet nisi in nouissimo iudicio. Quarto: *Quia* sequatur: *Quia in igne reuelari.* Dicitur a. dies iudicij reuelari in igne: *quia* ultimum signum & omnium noctissimum erit conflagratio totius mundi: & propterea, semper fere dies iudicij describitur per ignem.

XIX. Sed profecto, non bene de Veteribus est meritus Sophista: qui his argumentis tam misere conquisitis, manifeste prodit huius opinions *à æxcessu*, quod illi sui maiestate nominis melius tegebant. Neque enim quisquam est eorum, qui ullam rationem adscriptam voluerit: quin consultius putauit praesupponere tanquā rem per se notam: vt alias frequentissime solent. Et obtinebat hoc securitas, vna cum ætatis prærogativa, vt non temere quisquam se eis opponeret. Ast in Bellarmini ratiunculas, nemo est, qui non sibi inquirendum putet: quibus tam leuis inuentis fieri non potest, vt non dupliqueat, quod ante saltē dissimulabatur.

X X. Prima ratio paulo ante refutata est, quum ostensum, & non nominatum diem Domini à Paulo: & solitum tamen diem Domino non semper significare ultimum iudicium: sed interdum particularia, quæ exseruntur in hoc seculo.

XXI. Secunda, manifestam habet *αρχεαφη*. Nam, Paulus non dixit: *In illa die: quomodo alias legimus in omniā rē p̄ceps*: qua formula nemo dubitat quibuldam locis absolute designatum iudicium ultimum, ut poster. ad Timothe. 4. & 2. Consuluisse pudori suo Sophista elegantius alia quapiam ratione, quam per tam apertum *πειρετε οντα*. Enimvero, ut cerrum est, illam esse vnam diem furoris iudicij: sic falsum à Paulo ullam vnam nominata diem, qua iudicentur omnia huius mortuorum opera.

XXII. In tertia, illud *Dies declarabit*; nitrum Iesuitice exponitur, omnia omnibus erunt manifesta. Nec debuit vir bonus, tam audacter sibi sumere quicquid libuit. Nam de 4. c. longe aliud iudicium est: longe dissimilis locus: qui diserte ponat Dominum venturum: *Nolite, inquit, ante tempus iudicare;* usq; dum venerit Dominus. Sic & diuersa sunt verba: & longe alias occasio.

XXIII. In quarta noua expositio est: *In igne reuelatur, id est, dies ille manifestatur.* Et si Anselmi sit & Thoma: Propter quam Salmero etiam te-
xturn corruptit, legens: *Dies Domini declarabit, qui in igne reuelabitur.* Contra omnium codicum fidem. Nam Graece est: *η ινέγγε διάλογοι ὅτι εἰς πνεύματα τοκαλύπτεται.* Et in Latina editione: *Dies Domini declarabit quia in igne reue-
labitur, etiam secundum Sextū V. Et in Syra מְלֵא כָּבוֹד וְמִתְּהֻבָּה נֶגֶד.* Neque ve-
ro dubium erat, quin reuelari diceretur opus cuiusque. Ambrosius: *Quia
in igne reuelatur, hoc est mala doctrina in igne omnibus apparebit.* Hieronymus
sive quis est est aliis legit, nisi falsa est Veterioris editionis Discretio. Dicitur in i-

declarabit, qui in igne reuelabit. Haimo Halberstatis: *Id est, dies iudicij & vindicta Domini manifestabit omnia opera hominum.* Lyranus: *Sicut enim in eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, sic idem ignis purgat electos, & damnat reprobos.* Lombardus: *Et vere declarabit, quia in igne, id est, in pena Purgatoria hominis, reuelabitur, quicunque modo neget.* Iustinianus: *Ipsum opus conflagratione præcurrente illucesceret.* Et in commentario, post Bellarmini commentum: *Verum ego coniungo cum precedentibus, ut sensus sit. Vniuersiusque opus manifestum erit: tum adhibita parenthesis (Dies enim declarabit) manifestum, inquam erit, quia in igne reuelatur.* Gregorius de Valentia in hac cōtroversia: *Quo etiam tempore per ignem hoc est, per acrem examinationem particularis iudicij, sicut multi hic interpretantur, manifestum erit uniuscunusque opus.* Item Vigor: *Quia in igne reuelabitur.* Transfuit per ignem, & probabitur: *Si opera fuerint bona prætergreditur, si insit rubigo, manebit in igne.* Turrianus c. 13. quarti pro Epistolis: *Sequitur deinde, Quia in igne reuelabitur, scilicet opus bonum reuelabitur in igne nempe temporali: opus malum in igne scilicet aeterno.* Sic nimirum Bellarmenus amat aia. Sed non si ille palabundus errat, ideo veritas est non certa.

XXIV. Itaque alij sententiam delegerunt huic oppositā. Peltanus negat ad vniuersale iudicium omnī recte satis hunc locum transferri posse. Ideoq; maualit particulare cuiusque iudicium in morte, vt etiam Feuardentius, & Turrianus, & Costerus, & Gregorius de Valentia: & alij. Nulla tamen hi ratione freti nisi refutatione, tum huius seculi, tum iudicij ultimi. Vnde nobis iā facile iudicium est. Nam diē huius seculi ostendimus, non bene refutari: unde necesse est, nō tantū diē ultimi iudicij, sed ne quidē mortis diē bene cōcludi.

XXV. Alij denique errore geminarunt, amplectentes utrumq; & particulare, & vniuersale iudicium, in quibus Tauernerius est: *Quia enim, inquit, nunc velut in tenebris occultantur, in die Domini plane reuelabuntur, cum videbile iudicabit Deus occulta hominum: vel in morte cuiusque, in particuli, vel in die vniuersalis iudicij.* Et Iustinianus: *Ego neutri sententia praividicatum velim.* Quanquam particulare iudicium vehementer suggillet: *Si de iudicij extremo die accipiamus, dicendum erit, non fore quidē saluos, quod tunc igne expandi sint, sed quod prius fuerint igne expiati:* *Si de obitu eiusque res videtur planior, & quae nullis difficultatib; sit obiecta: nisi quod malos habet autores, id est, hereticos.*

XXVI. At nos, hunc particularem cuiusque inmortis diem negamus posse intelligi. Non tantum, quia intelligendus dies est in hac vita, sed etiam quia dies ille nihil reuelat. Neque ostendet quisquam Scripturam morem esse, reuelationem villam assignare morti cuiusque: sed ultimo potius iudicio, & aduentui Christi. Cuiusmodi ille locus est paulo ante citatus a Bellarmino, prior. ad Cor. 4. *Donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Ceterum enim, dies mortis, opus cuiusquam neque superstiribus reuelat, quibus hoc iudicium obscurissimum est, neque indicatum vñquam nisi per paucas, easque impudentes fabulas apparitionum: neque mortuis, qui nulli ea manifestatione indigent: nam nec beati ignorant, quia illuminati: nec damnati curant, quia perpetuo blasphemant. Quę ratio concludit etiam contra diem ultimi iudicij. Nam etsi in hoc omnia occulta dicantur reuelari: tamen non significat ipsa probari, explorative opera qualia sint, quasi adhuc incertum esset iuris, vt dicunt iudicium: sed tantum de facto ostensum iri, quinam bene an male vel cogitarint vel egerint: quocmodo non ipsa opera examinantur: sed operatores potius.

C A P. XIII.

De igne apud Paulum.

I. T'Erignis Paulus meminit: *Per ignem retegetur: cuiusque opus quale sit, ignis probabit: ipse vero seruabitur, ita tamen ut per ignem:* Præcipius in hac materia nodus, inquit Peltanus, quid ignis nomine accipi debeat. Esto sane. Itaque huic nodo nunc suo ordine cuneus apteritur.

II. Quod ergo primum opus? *Salua Apostoli sententia, inquit, non eodē modo utrobiq; accipi posse, extra controvēsiā est.* In quirendum est ergo, ecquidnam ignis vocabulo denotetur, cum hoc scribitur, ignem, quale vniuersiusque opus sit, probaturum, vel idem Domini in igne, vel per ignem patefactum iri: duò enim haec incidunt in idem: *Ecquid rursum, cum sub Apostolica sententia finem, ligni, fani, ac stipula struorem, per ignem saluum fore afferatur.* Et hæc quidem Sophistæ mens manifesta: nimirum, vñsum esse Paulum ignis vocabulo ὁμορύων, id est, in alium atque alium sensum. Semel dicens, *per ignem retegetur: & ignis probabit:* iterum autem, cum: *ita tamen ut per ignem.* Et scio consentire Bellarminum, Emanuelem Sa, fortasse Costerum, Salmeronem, Tauernerium, aliosque nonnullos.

III. Sed haec homonymiam quare extra controvēsiā posuerit, non æque manifestum est, nisi quibus cognita Sophistarum consuetudo est, vt quibus rebus demonstrandis pares non sint, eas singant esse ipso Sole manifestiores. Atqui nobis, ne neliciat, persuasissimum eit, Paulum in hac materia, ignem nominasse semper eodem modo: quod potuit discere ex Commentariis Caluini, Martyris, Bezæ aliorū. Nisi forte nihil controvēsum Papistæ putent, nisi de quibus solent in vtramque partem ipsi inter se nugari.

IV. Et tamen quid nos dico? Nam & Papistæ plures homonymiam hanc ignorarunt: In quibus primos constituo, qui ne annotarunt quidem, Poligranum, Feuardentium, Vigorem, Alphonsum de Castro: & alios. Nam hi si iuspicati essent, nulla erat causa cur tacerent potius, quam qui, sibi exprimendam putarunt, imo præcipuum sua demonstrationis partem sunt arbitrati: vere actum putantes de l'urgatorio, nisi rimam inuenirent, qua vim possent euadere obiciunt, eundem ignem vtrisque edificantibus communem fore.

V. Sed non desunt qui restati sunt, ter nominatum ignem, vnum eundemque haberi. Turrianus, c. 13. quarti pro epistolis *Redeamus ad locum Apostoli. Vniuersiusque, inquit, opus manifestum erit, dies enim declarabit, scilicet dies extremitus mortis.* Sequitur deinde, quia in igne reuelabitur: infinite, & ut ita dicam, indeterminate dixit, sine articulo Graco in τοις, id est, in hoc, aut illo igne, scilicet opus bonum reuelabitur in igne, nempe temporali, opus malum in igne, scilicet aeterno. Gregorius de Valentia: *Et vniuersiusque opus quale sit ignis probabit, quia scilicet cruciabit eum, qui lignum, fœnum, & stipulas super fundamentum illud adificauerit.* Est post paulo: *Saluus erit, sic tamen quasi per ignem, id est, non tamen ita punietur, vt non fiat tandem saluus: sed fiat saluus denique per eiusmodi cruciatum ignis.* Iustinianus, non solum in paraphraſi, illud. *Saluus quasi per*

ignem interpretatur: ipse tamen igne illo expiatus, salutem consequitur, nempe de quo ante dictum, ignis probabit, quod interpretatus est: quale omnino sit ignis Purgatorij, experimento patet. Sed etiam in notis, quasi incommodam homonymiam luggillavit: *Sunt, inquit, qui ignis nomine hoc loco intelligent diuini iudicij severitatem: Et post: Verum, hac admissa sententia necesse est fateri paucissimis verbis Apostolum admodum ambigue ignis nomen usurpare: nō paulo post de igne Purgatorio abque dñe loquitur.* Itaque malum accipere de igne Purgatorio. Nam quemadmodum de humana docēti ratione metaphorice loquutus est, comparans eam materia, qua vel resistat igni, vel ab eo comburatur: ita, persans in metaphora, de igne Purgatorio loquitur: quasi eam materiam explorare: de quo paulo posse.

VI. Viden? vt vel intempeſtua confidentia ſcipsos, vel malitiosa diſimulatione alios decipient Sophistæ? Enimuero, qui non vidi de eodem igne perpetuo Paulum loqui, hunc oportet ad miraculum vñque effe stupidum: *Nam, per ignem retegetur: & cuiusque opus quale sit, ignis probabit.* In his ne Peltanus quidem dubitat, eundem ignem bis nominatum. Quid ergo tequitur: *Si cuius opus manebit, quod superadiscaverit, mercedem accipiet.* Hoc membrum, quælo, quo erit referendum? Nonne eo, vt explicetur, quomo- do dies ille, ignis ille probabit aurum, argento, lapides pretiolos? Itaque ilius *Si opus manebit,* necessario intelligendum in igne: nimirum sicut ar- gentum, lapides, in igne manent. Et ita interpretes, & nominatim Bellar- minus, in ſuo illo domus conflagrantis paradigmate.

VII. Superef alterum membrum. *Si cuius opus & angustius arserit, fine exustum fuerit, detrimentum patietur.* Quid hoc? Distrahimusne alioſum à præcedentibus: an potius eodem referimus? Est enim dictum, *Cuiusque opus manifestum fiet: dies enim declarabit: nam per ignem retegetur.* Atqui si hoc de opere ardente non pertineret eo, Ergo non vtriusque, ed alterius duū taxat opus manifestum fieret, id est, per ignem retegetur. Sed neque apud inter- pretes dubium eft, quin eodem referatur. Atqui eiusdem sententia particula hæc eft: *ipſe autem seruabitur: sic tamen quasi per ignem.* Et tam defultoriū fuſſe Paulo diſcurſum, quisquam plus patietur, vt nulla apparente cauila eiusdem orationis membra tam importune diſtrahat? Non ſolet. Et hoc loco cur non veniat in mentem Bellarmini paradigmā? Domo incensa, ſi intus fit architectus, neceſſe habet euadere per ignem, & interdum ambuſta barba capilliſq; non integris. Quem ignem, inquam aliumne, quam quo domus conflagrabat? id eft, lignum, fœnum, ſtupla? Eodem igne ambuntur architectus: & ſaluu fit tanquam per eundem ignem.

VIII. Negat vero Bellarminus absurdam effe homonymiam gemino argumento. Vno: quod non ſit inuenitum Paulo in eadem sententia vi varie aliquo nomine: vt poster. ad Cor. 5. *Eum qui non nouit peccatum pro nobis peccatum fecit.* Ad Rom. 8. *De peccato damnavit peccatum.* Altero, quia cogamur ab ipso textu non vnam, ſed geminam & quinocationem admittere. Vnam, cum dicit, Diem iudicij manifestari per ignem, ſcilicet, conflagrationis: alteram: *Cuiusque opus ignis probabit:* nam ignis materialis non potest probare opera quæ tranſierunt: Itaque illi duo ignes ſunt. Rufum, quia hoc ſecundo igne omnia opera ſint examinanda, tertio vero non opera, led operari, nec omnes quidem. Ergo hi etiam ignes ſunt diuersi.

IX. Imo, vbi nulla cauila cogit, non potest ſi non absurdā, certe non intempeſtua homonymia affectatio eſſe. Eſſe autem hīc nullam cauſam, pau- lo poſt ſpero, obtinebimus: ſed & obtinere debent quicunque ſa tem vel de Purgatorio ſunt interpretati, abſq; vña homonymia ſpecie: vt mittam Ve- teres, qui nulli Purgatorium hoc videre loco.

X. Non inuenitum Paulo in eadem sententia varie vi aliquo nomine. Ne aliis quidem autoribus, inquit. Quid tum? An propterea ne in iſum quidem locum absurdum à leuitis tale quid inueni? Similes ſaltem locos ostēderent. Sed vbi nihil ſimile, cur opus eft? Dixit Paulus, qui non nouit peccatum, eſſe factum peccatum. Eſto: Atqui non erat neceſſe eodem ſentu factū eſſe peccatum, quo peccatum non nouit: at ſi non eundem ignem dicas, & qui reteget, & qui prober, & per quem ſeruerit, ineptam orationem facis, & nihil ſcopas diſſolutas obiciſ: & denique infantiliter balbutientem ſingis Vide mihi queso. Cuiusque opus manifestum fiet: dies enim declarabit, quia in igne conflagrationis reuelabitur: & cuiusque opus quale ſit ignis aliquis communis probabit: ac ſi cuius opus ardebit, is dannum faciet, ipſe vero per ignem Purgatorii ſaluu erit. Seruare hæc oratio eft, viri cordati, an defultoriū nugatoris lulūs? At in Paulo omnino bene: eum qui peccatum culpa non nouit, fecit peccatum, hostiam. Nimirum, quia qui hoſtia eft, id eft, penas ſuſtinet, eum oportet noſſe peccatum culpa. Itaque oportebat vim miraculi ſic expreſſam: Efti Christus nullam nouiſſer culpam, tamen culpæ penas luit.

XI. In altero loco homonymiam effe nondum omnes conſenſerunt. Cet- te in Bezae versione (cui præviuit Occumenius) nulla apparet: *Deus ſuo ipſius Filio misſo in forma confimili carni peccato obnoxia, idque pro peccato, condemnauit peccatum in carne.* In quam versionem, diſſimulato autore, tranſit Iuſtinianus: *Omnino, inquit, referendum puto & a qua reatu ad principium tui & as.* Et in paraphraſi. *Deus immortalis ſuo ipſius, Filio cœlitus misſo, & carni noſtra peccato obnoxia plane conformato, idque ad peccatum à carne noſtra penitus ab- lendum, quod ſibi ante omnem & eternitatem propositum eft, ut decerneret fecca- tū in carne noſtra nullum deinceps ius habere id recipi aliquando conſequens.* Et vero qui de peccato dicunt id eft, hoſtia peccati non docent facile quid sit & a qua reatu & a qua reatu. Nam Pererio facilius fuit fingere ſimile phrasin: *De barbaro milite Caſar vicit barbaros, quam docere à quo vñ, Grecōne, an Latino ſumpſerit: itaq; ſidem nullam facturus eft.*

XII. Sed cogi à contextu quenquam deſilire ab homonymia in homony- miam, non docet Bellarminus. Alio, inquit, igne dies manifestatur: alio o- pus probatur. Imo, igne diem manifestari negauimus Paulum dicere: ſed diem manifestaturam opus, eo ipſo, quod id opus igne reuelandū ſit. Itaq; hæc & quinocationis pars p̄p̄. Aſt, inquit, vno igne opera ſint examinanda, alia operari: fallum inquam: neque Paulus leorū ſtuplū operarios ex- minandos dicit, leorū ſtuplū opera: ſed tum quū opera probabuntur, eo ipſo operarios ſaluu futuros, quaſi per ignem, id eft, detrimento accepto: nimirū, quia igne illo exulta fuerint opera, indeque eorum operum detrimento ac- cepto, euafuros, ipſos operarios. Sic vnum vbiq; ignem nihil obſtitit intel- ligi: explota illa homonymia carnificina.

XIII. Sed enim ignem quid dicimus? An in hac vita, crucis afflictiones: an in

an in altera conflagrationem vniuersi, an tartareum, id est, æternum, an temporale, id est, purgatorium, vel denique exactum iudicium diuinum? Respondet Bellarminus, & Peltanus, ignem illum *δοκιμαστικόν*, neque crucium esse & afflictionum, neque conflagrationis, neque tartareum, neque purgatorium. Itaque esse exactum iudicium diuinum. Ignem vero, per quem salvi sunt, qui ligna, fænum, stipulam, superædificariunt, non crucis, non conflagrationis, non tartareum, non exactum iudicium: sed purgatorium.

XIV. At nos, qui non geminum, sed unicum ignem in Pauli verbis agnoscimus, & in hoc seculo, concedimus non esse conflagrationis, non tartareum: sed purgatoriū etiam negamus. Et statim, eis iudicium diuinū, exerens se variis modis, ideoq; etiā interdū per afflictiones, quibus exerciti pii p̄ficiunt pietate. Sed vniuersaliter hoc iudicium dici afflictiones, nō p̄tamus. Calvinus, in Cōmentario: *Quia metaphorice loquutus erat Paulus de doctrina, ipsum quoque doctrina examē nunc metaphorice ignē appellat, ut membra cōparationis opposita inter se cohærent. Ignis ergo hic est Spiritus Domini, qui suo examine probat, qua doctrina sit inſtar auri, & qua inſtar stipula. Quo propius ad hunc ignē admota fuerit Dei doctrina, eo magis clarescet: cōtra, que in hominum capite nata fuerit, protinus euaneſcer, sicut stipula igne deuoratur. Similiter in Iustit. lib. 1. c. 5. §. 9. Martyr in hunc locum: Dies hic accipitur pro manifesta reuelatione, cum tenebra depellentur, ut de re, prout ipsa est, iudicium feretur. Atque ad hoc efficiendum, variis mediis, multiplicibusque rationibus vtūt Dei, quibus errantium animos illustrat. Aliquando Euangelii predicatione: nam verbum Dei gladius est acutus & anceps, ut qui ad inimicū cordis pertingat. Interdū vero adhibebit calamitates ac tribulationes huius mundi, per quas erudiat homines.*

XV. Singula capita videamus. Et primum, non esse conflagrationem vniuersi, non etiam ignem æternum: nos quidem sponte concedimus: Viderint, qui contra sententiam Nam certe, qui diem interpretati sunt, vniuerſale iudicium, videntur necessario ignem conflagrationis dicturi: si tamen ignem metaphoricum nolint. Sed eos sane permittamus sua curare.

XVI. Non intelligi crucem, probant his argumentis. Bellarminus, vno. Quia tunc etiam qui ædificant aurum, & argentum, saluarentur quasi per ignem. Peltanus, quatuor, ut hoc sit secundum, Et si presentium misericordiarum ignis late admodum pateat, non tamen locum habet in die Domini, sed in die nostro. Tertium, hic ignis non adurit absolute omnes, nec omnium opera probat, ut certa experientia constat. Quartum: quia non secundum quantitatem tribulationum vnicuique redditur merces, sed secundum quantitatem operum, vel laborum. Quintum, quia ex presentis vite crucibus nullo modo discerni potest, qui ædificauerint lignū, vel fœnum: qui item aurum, vel argentum: cum, commoda & incommoda, bona & mala, æque eueniant iusto & iniusto, pio & impio: & piis quandoque cumulatis, quam impiis.

XVII. Augustini sententia constans. Enchiridii c. 88. *Non ergo unius eorum: sed utrumque opus ignis probabit. Est quidem ignis tentatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptum est. Vasa signuli probat fornax, & homines ius hos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit quod Apostolus dixit, si accidat duobus fidelibus, vni scilicet cogitanti quia Dei sunt, quomodo placeat Deo, hoc est, ædificanti super Christum fundatum, aurum, argentum, lapides pretiosos: alteri autem cogitanti ea quia mundi sunt, quomodo placeat vxori, id est, ædificanti super idem fundatum lignum, fænum, stipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit, quorum amissione eructetur. Exuritur autem huius, quoniam sine dolore non pereunt, quia cum amore possessa sunt Dei Ciuitate Dei lib. 2. 1. c. 25. Delicias huiusmodi amoresque terrenos, propter coniugalem quidem copulam non damnabiles tribulationis ignis exuret: ad quem ignem pertinet & orbitates, & quacunque calamitates, quae auferunt hanc. Et paulo post. Vniuersusque opus quale sit, manifestabitur: dies enim Domini declarabit. Dies utique tribulationis, quoniam in igne, inquit, reuelabitur. Eandemq; tribulacionem, ignem vocat, sicut alibi legitur, vas signuli probat fornax, & homines ius hos tentatio tribulationis. Et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanerit: permanet enim, quod quisque cogitat quia sunt Dei, quomodo placeat Deo, quod superædificauerit mercedem accipiet: id est, unde cogitavit hoc sumerit. Si cuius autem opus arserit, damnum patietur, quoniam quod dilexerat, nō habebit. Ipse autem saluus erit, quia eum nulla tribulatio ab illius fundamento stabilitate emouit: sic tamen quasi per ignem. Quod enim sine illiciente amore non habuit, sine vrente dolore non perdet. Ecce, quantum mihi videtur, inuentus est ignis, qui nullum eorum damnet, sed unum daret, alterum damnificet, ambos probet. Vide & quæst. 1. ad Dulcit. & de fide & operib. c. 15. & 16. Huic & Gregorius ille, qui quis est, in Dialogis assensus est.*

XVIII. Sed enim, inquit Bellarminus, Augustinus, & Gregorius, qui sunt autores huius sententiae, cum in ea non acquiescerent, etiā aliam posuerunt. At hoc vehementer falsum. Nam, acquiescisse Augustinum argumentum est, quod & nunquam omittat: & semper fusus explicet, argumentis que confirmet. Et diserte: *Ecce, quantum mihi videtur, inuentus est ignis: vbi aperte suam esse indicat sententia. Gregorius autem, ut alias notaui, aliam illam sententiam tanquam alienam recitat: Si quis, inquit, de igne futura purgationis accipiat. Quid? quod Augustinus diserte hanc sententiam, & tanquam dubiam proponat, & incertam relinquat? Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, & utrum ira sit, queri potest: & aut inueniri, aut latere: nonnullos fideles per ignem quandam purgatoriorum, quanto magis minusve bona pereantia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari.*

XIX. Nos autem hanc sententiam sic probamus, ut ante monuimus: nimis, ut non sit hæc mens Apostoli, nihil per ignem, sive diem, intelligentum, præter has tribulationes: sed potius, cum aliter, tum vero etiā interdū per tribulationes ignem illum discernere aurū à ligno: & quidem in hac vita. Nam nos hoc quidem fatemur nō esse perperum. Neq; vero putamus alia mente Augustinum fuisse: qui etiā lignum, fænum, stipulam, dicit esse dilectionē vxoris; exempli tñ gratia. Quiequid sit, haud aliter eam interpretationē subsisteret posse putamus, quam ēmū uires, & exempli causa.

XX. Et hinc facile soluuntur obiectio[n]es. Omnes, inquit, per ignem saluarentur, etiam quia aurum ædificarent. Negabit consequentiam Augustinus: qui illud, tanquam per ignem, interpretatur de effectu ignis, in iis qui fænum superædificarint: nimis, de dolore illo vrente eos, ob amissionem rerum amatarum: qui dolor nullus est, in iis qui aurum ædifica-

rint. Itaque, ex eius mente, omnes quidem oportet transire per ignem: sed non omnes saluos esse quasi per ignem. At nos, consequentiam concedentes, negamus esse abludi quicquam, si dicantur salui esse quasi per ignem, id est, post examen iudicij diuinum in tribulationibus, etiam eos qui aurum ædificant. Quid enim metuamus, quum præuentem habeamus Petrum, I. c. 1. *Vt exploratio fidei vestra, multo prior exploratione auri quod peritis, & tamen per ignem exploratur, comperiat roris effusio laudis, & gloriae, & honori. Et Paulum, Actor. 14. Oportere per multas oppressiones nos ingredi in regnum Dei.*

XXI. Non habere presentes miserias locum in die Domini: eius est asserere, qui nullum diem Domini agnouit in hac vita: quod plene est confutatum: & contra ostensum, solenne esse Scriptura, ut diem Domini denoter, insignem aliquam 9ι à Deo immisum in hanc præsentem vitam.

XXII. Hunc ignem non adurere omnes, vetum est: sed neque Paulus dixit, omnes adur: tantum, probari omnium opera, & exuri tantum ligna, fænum, stipulam. Non probare omnium opera, concedimus nos; qui proprieta diximus, tribulationes, exempli causa nominati. At non sequitur alienas esse ab hoc igni: imo, si alienæ essent, non possent exempli causa nominari. Et, ut exempli causa nominentur, satis est aliquorum opera probare: quod quidem & vere dixit Augustinus, & experientia confirmat.

XXIII. Concedo, non reddi vnicuique mercedem, secundum quantitatem tribulationum. Et quis ita erat loquutus? Sed vicissim nego, secundum quantitatem operum, vel laborum reddi. Nusquam enim hoc Paulus dixit, neque etiam ad metaphoram explicandam necessarium. Postrem obiectio[n]em iam refutauimus, quum de die explicanda ageremus: obseruantes, non eo discerni opera, quod eueniant afflictiones: sic enim oportet aduenire tantum iis qui superædificant ligna, fænum, stipulam: quas tam scimus iis etiam promiscuas esse, qui ædificant aurum, argentum, lapides pretiosos: sed discerni eo quod cum vtrique communes sint afflictiones, tamen aliter efficaces sint his & illis. Sic Augustinus dicebat, eandem orbitatem aliter afficeret eum qui cogitaret quæ sunt Dei, ut placaret Deo: aliter eum, qui cogitaret quomodo placaret uxori. Verum est ergo, commoda & incommoda, bona & mala, & que euenire pio & impio: sed non propriea discernere pium ab impio, nunquam dicer quisquam, nisi rerum omnium imperitus.

XXV. Iudicium Dei intelligendum in primis illis verbis, quæ asserunt, cuiusque opus quale sit, ignem probatur, utro concedunt: sed in istis, Saluus erit tanquam per ignem, negant: & argumentis quinque Bellarminus disputat. Nos contra, nihil aptius videre possumus instituto, verbis Apotholi; in quibus eundem tempore ignem nominari, iam concessum. Vnde sequitur, non tantum conflagrationem vniuersi; & ignem æternum confutari, quod ipsi iam a seipso concedunt aduersari: sed etiam purgatorium: neque enim aliam ob causam inuenta est homonymia, nisi quod non potest aliter expediri textus series. Quare, superesse iudicium Dei, de quo omnia vera sunt quæ Paulus ponit, & nullum habet consequens absurdum.

XXVI. Argumentum primum Bellarmini. Hoc iudicium fit vel solum in morte, adhuc viuente homine: vel potest fieri etiam post mortem. Si post mortem, ergo post mortem alia remissio: id est, purgatio, saltē per confusione, & penitentiam: quod tamen Calvinus, & Martyr non admittunt: quia esset quoddam genus Purgatorii. Sin autem solum in ipsa morte: quid ergo iis fit, qui repente moriuntur, nullo dato penitentia tempore? Non enim per ignem seruantur, quia non habuerunt ignem istum iudicij: nec possunt tamen damnari ad gehennam: quia Christum haberunt profundamente.

XXVII. Quid hoc est, inquam, vel solum in morte, vel post mortem? Aut quis iussit diem ipsum, & si velis diem Domini, contrahi ad ista duo momenta duntaxat? Calvinus, Martyr, Ochonus, Lutherus, si Bellarmino fides. Nam hi dicunt, inquit, hoc iudicium fieri, dum quis conueritur: & præcipue in hora mortis: hinc enim illustrari multos, & intelligere se deceptos, & iacturam fecisse doctrinæ suæ, ac confundi etiam, erubescere, & sic per ignem saluos fieri. Martyrem addere, se non dubitate Bernardum, Franciscum, Dominicum, hoc modo saluos esse factos. Atqui, inquam, Ochini nihil vidi prorsus. Nihil etiam in Lutherio, aut Calvino, vnde hoc de morte ipsa fit sumptum. Tantum in Martyre aliquid, sed malitiose detortum. Primo enim, ille non dixit, præcipue in morte: quanquam si dixisset, satis indicaret se credere, non solum in morte. Sed non dixit: dixit tantum, opinari se ita accidisse, Bernardo, Francisco, Dominico, cum extrema hora luctarentur aduersus mortem, & peccatorum terrores: & in eo certamine vanitatem studiorum suorum agnouisse. Sed hinc quicunque illud extudit præcipue, na ille haud paulo spatio modestæ limites migrauit. Carterum, id diferte expressit, tum Euangelii prædicationem, tum calamites & tribulationes huius mundi: quæ, opinor, paulo latius patent, quam id quod fit in ipsa morte. Itaque obiectio manca est vno membro: debuitque dici, vel in vita, vel in ipsa morte, vel post mortem. Quare, refutatis duobus posterioribus, superest primum intactum.

XXVIII. Verumtamen, quid fiet, inquit, subito morientibus; qui tamen super Christo struxerint lignum? Et subito: id est, nullo dato penitentia loco. Quomodo, inquam? An penitentia in generis, quum peccatorem quis agnoscat, perpetuo habitu testatus est suam sibi naturam peccatricem displicere, ac proinde non pendere nisi à misericordia Dei? An vero penitentia, quum scilicet hoc illud peccatum peculiariter confiteretur, & damnat? Nam, si prius modo penitentiam dicat, confitemur non posse quenquam saluum fieri, non si penitentem, qui saltē sui sit iudicium. Sed quenquam mori, qui damnari non debat, absque hac penitentia, constanter nego, quantumvis subito moriatur. Nam si quis: hunc certum est non pertinere ad numerum seruandorum m.

XXIX. Quod si subito mori dicas, non dato tanto spatio resipisciendi, ut singula peccata cum statim veniant in mentem, ut cognita reuocentur actu præsenti; tum fatebitur hos quidem posse aliquos hoc modo mori subito: sed omnes, qui sic subito moriantur, damnari, nemo erit a Sophista, qui extorqueat a nobis, doctis illud Prophetæ, Psal. 19. Er-

rores quae intelligat? Ab occultis mundi me: hoc est paraphraste Iansenio: An est aliquis, qui possit cuncta errata in se animaduferere? Nemo certe: cum in multis omnes quotidie offendamus: & frequenter item sub specie virtutis, vitium subrepat. Proinde, optime Dominne, te rogo, ut pro tua infinita misericordia, maculas occultas, qua conscientiam meam effugiant, abluerem digneris. Bellarminus commentatur: Pulcre in Hebræo legitur ad verbum, Ignorantias quis intelligit? Vbi opponit ignorantiam intelligentia, demonstrare volens, esse difficilimum cauere peccata, qua ex ignorantia committuntur, & tamen quia vere peccata sunt, & caueri potuerunt, addit oratione, Ab occultis meis munda me. Vnde sci-
mus, & veram pœnitentiam esse quandam, quæ non actu cogiter, non re ipsa agnoscet sua omnia peccata: & obtineti veniam quorundam pecca-
torum, quorum hoc modo pœnitentia agitur. Et erat, credo, Propheta ex iis qui fundamento superedificabant lignum, foenum, stipulam. Quid mirum, si quis ita affectus subito moriatur? Sic credo feruatum Cyprianum: quem reuocasse suum illum errorem de Baptismo nunquam legimus. Sic forte Bernardum. De Dominico, & Francisco viderint alii. Libenter ego, cum Augustino in Enchiridio, Qui hoc credunt, & tamen Catholici sunt, hu-
mana quadam benevolentia mibi falli videntur.

XXX. Alterum argumentum Bellarmini. Ignis iste afficiet poena proprie; & vere, præter iacturam ipsorum operum, & confusionem qua inde oritur. Ergo illud iudicium, confutans errores, non est ignis de quo hic agitur. Probatur antecedens, quia, ipse detrimentum patietur. Græce ζημια
mulctabitur, dabit poenas. Nihil est enim apud Græcos frequenter, quam ζημια θεος δικαιος morte mulctari. Item, quia, saluus erit quasi per ignem: nam similitudo transcuntis per ignem significat poenam, ac dolorum. Qui enim transiret per ignem sine via laesione, non diceretur transire per ignem, quasi per ignem, sed quasi per flores.

X X X I. Respondeo, negari antecedens. Nam, Paulus nusquam dicit, ipsum qui ædificavit probandum, sed eius opus. Nimirum, igne illo agente in opis ipsum potius quam in operantem. Deinde, dicitur ipse operans saluus futurus. At, qui saluus sit, apud Deum pœnas non dat: quia saluus sit per remissionem in Christo.

minus, lucrum est: contra vero annum.
XXXII. Frequens, inquit, *ζητεῖς* dardra. Imo Turrianus audacius *ζητεῖς* quasi *ζητεῖς* minui vitam. Sed neque infrequens *ζητεῖς* *ζητεῖς*. Pollux, lib. 8. capite *τοῦ τετραύρου διατάξιν*, *τὸν ἢ ἀγροῦ*, *τὸν ξενιῶν τὸν εἰς τὰ κερδηματα μόνον εἰπάτω*, *αὐτὰς καὶ τὸν εἰς τὸ σώμα*: *Scientum est. multā tam vocari, non pecuniariam ianum, sed etiam corpoream*. Sed magis proprie de pecuniis dici, a Clemente disce, *Pædagog.* 1. c. 8. *ἐρατη-*
γός ζητεῖται ζητεῖται; *τὸν τοῦτον τὸν οὐαίτην τὸν οὐαίτην θέματα* *καὶ εἰς τὸν πλούτον τὸν τοῦτον τὸν οὐαίτην τὸν οὐαίτην*: *Dux exercitus in eos qui maleficium admiserunt, & multū pecuniaris, & pœnis, que cum vinculis & extrema ignominia ad corpus usque pernauit, animaduerit*. Hic vides *ζητεῖς* *αὐτοῖς* distincte dici de multula pecuniaria. Quineti Etymologus magnus: *Zητεῖς* *τὸν οὐταντὸν τὸν ζητεῖσθαι*: *τὸν πέριδος, τὸν τὸν οὐτελέας αὐτοῦ: ή τὸν οὐτε-*
λέας αὐτοῦ τὸν ζητεῖσθαι: *Multā rerum, quae ad victimū habentur, minutio: lucri, utilitatisque infortunium: minutio que ad vitam: vi-*
*tam minutio, id est, opes. Itaque, nullum inde Bellarmino argumentum. Vere enim *ζητεῖσθαι*, is qui damnum faciet non sui ipsius, sed earum rerū quas amat: ut Augustinus dicebat, eum qui nimis amat vxorē, orbitate purgari.*

XXXIV. Similitudo transuentis per ignem, significat pœnam, ac dolorem. Dolorem, possum concedere: sed pœnam, nego. Et quidem, auctore ipso Bellarmino, qui in explicada metaphora satisfactum putauit Apostolo, si fingeret architectum per ignem egredi non in columbus barba, & capillis. Quod, profecto, valde *anypos* dicitur & pœna, & dolor. Ipsam phrasim paulo post sumus consideraturi.

XXXV. Tertium argumentum. Apostolus opponit hunc transitum per ignem, mercedi. Sicut enim dixerat, *Si cuius opus manserit, mercedem accipiet*: ita nunc dicit, *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur*: & *salus erit quasi per ignem*. At illa merces significat aliquid, præter ipsum bonum opus, & præter lætitiam, quam ex se affert bonum opus: non enim dicere, in mercedem accipiet, si nihil aliud esset merces, quam id quod ex se habebat. Ergo etiam detrimentum, & transitus per ignem eius, qui superædificauit stipulam, est aliqua pena præter iacturam operum, & præter confusionem quam ex se adfert.

XXXVI. Quid hoc est argumenti, quæso? Probandum fuit, per ignem, non significari iudicium Dei in hac vita: & probatur tamen esse aliquam poenam, præter iacturam operum. Quid inceptius? Nam, exempli gratia, tribulations quid sunt? Nonne genus aliquod poenæ? nonne etiam præter operum iacturam? Neque vero tam contendunt esse poenam, quæ post mortem: atque adeo in primo argumeuto id urgebat, genus aliquod futuri Purgatorii, si hoc iudicium, factum per illam confusionem, fieret post mortem. Quod si vel micam habuit rationis, tum profecto, non erit neceſſe significari aliquid poenarum, præter has, quas Sophista sibi proposuit impugnandas.

X X X V I I . Præterea, falso est, ab Apostolo opponi hunc transitum per ignem, mercede: nam contra, merces assignatur ædificatoribus auri: non vero alteris: at transitus communis utrisque: quia diserte, *Cuiusque opus quale sit, ienit probabit: Sed & contextus manifestus est in oppositum: Si*

cuius opus manebit, mercedem accipiet: Si cuius opus excusum fuerit, damnum faciet: ubi habes bina membrana in comparatione opposita: opus manens, operi exusto: & mercedem, damno. Et natura ipsa vocabulorum ita postulat. Nam, cum ex Aristotele audierimus, τὸ κέρδος opponi τὴν ζητείαν: tunc vero tam manifestum est ut id esse κέρδος, ut vsus cotidianus confundat.

X X X V I I I . Tum autem absurdissima est consideratio. Si merces est aliquid, præter opus aureum: ergo detrimentum est aliquid præter iacturam operis lignei. Oportuit enim dictum, esse aliquid præter opus lignum, ut consequentia oppositorum membrorum sibi constaret. Sed esse aliud præter iacturam operis, nulla ratio potuit cuicunque lano persuadere. Aristotelem audi, & Nicomach. cap. 4. τὸ μὲν γὰρ τὸν ἔχειν οὐτὸν τοῦτο, τοῦ διαίρετον τὸ οὐτὸν οὐτὸν αὔριον, Λημνίδης: Quum quis plus habet, quam quia sua erant, id lucrari dicunt: ac minus habere quam ab initio habebatur, dannum facere. Vident? detrimentum non esse aliud, quam iacturam eius quod erat? eius, inquam, ad quod cum sit accessio, lucrum est? sunt autem apud Paulum opera ea quæ ponuntur cuique esse τὸ iacturum, siue οὐτὸν ξενον. Ergo in mercede quidem oportet aliquid aliud esse præter opus: sed in detimento sufficit esse τὸ οὐτὸν, id est, iacturam operis.

XXXIX. *Enimvero illud, Saluus erit quasi per ignem: quis, præter vnicum Bellaruminum, cogitauit esse membrum oppositionis? Ezvero non sic connexum legitur apud Apostolum: Detrimentum patietur, & saluus erit quasi per ignem: quomodo colligauit ille. Sed ita, Detrimentum patietur, ipse autem saluus erit: nempe, per aduersatiuam particulam indicata comparationis anomalia: non enim, vt in priore membro: Si cuius opus manserit, mercedem accipiet: ita consequens erat in altero: Si cuius opus arserit, saluus erit: sed tantum: Si cuius opus arserit, damnum faciet: plena, inquam, hæc oppositionis comparatio erat: sed, præter naturam oppositionis, additur, tamen saluus erit.*

XL. *Quartum argumentum. Quia illud iudicium confutans errores non adferat detrimentum, sed lucrum. Nam est illustratio quædam mentis, & veritatis cognitio. Et, sicut qui habet auricalchum, putans esse aurum, non existimat detrimentum, si quis auricalchum auferat, & aurum verum donet: ita, qui habet errorem in mente, & per diuinam illustracionem discit veritatem, non detrimentum patitur, sed lucrum acquirit. At Paulus dicit: *Detrimentum patietur.**

X L I . Imo vtrumque , & lucrum , & damnum : vtrumque enim Paulus docet . Nam setuari quidem lucrum est , nemine repugnante . At damnum Paulus appellat , ipsam operis exustioneim . Et est re vera damnum , si comparatio fiat cum aliis structoribus . Nam , omnino eius est melior conditio , cui sua omnia manent integra , quam cui aliquid est amittendum . Etiamsi verum sit , hunc ad se ipsum comparatum , longe meliorē futurum , si quod habebat mali , id amittat : & quo bono destituebat , id obtineat . Sic , naufragis lucrum est , amissa naui in terram euadere : at damnum tamen , nauim amittere : & quidem tanto damnum maius , quanto beatiores illi , qui prospero cursu confecto , etiam nauim deducunt in portum . Sic discipulis , cum sua peccata corriguntur à magistris , & ipse ~~ōrē dīcūs~~ poena est ; & magnum tamen lucrum ex emendato errore : impari tamen sorte , quam si expertes erroris , laudibus ornarentur .

XLI. Breuiter, non dictum Paulo, Si cuius opus asserit, insuper etiam damnum aliquod aliud architectus ille patietur: sed dictum, Si opus asserit, ille damnum patietur. Quis autem nescit, hanc esse ex usu promiscuo phrasin, ad exaggerationem? Magno, inquit, detimento ille affectus est, quem amicit opes suas: nempe, ut ipsam opum amissionem significemus, id ipsum esse detrimentum. Præterea, notanda oppositio: *Detrimentum patietur, ipse vero saluus erit*: Nam ita opponitur ipse architectus, operi suo: ut distincte notetur, quid operi, quid architecto euenturum sit. Manifestum est autem illud, *damnum faciet*, non pertinere, *ad salutem erit*, quia intercedit aduersitatia particula: itaque oportet referri ad opera: nimurum, ut intelligatur quicquid damni erit, futurum ex operibus deustis; interea constante architecto sua salutem: sicut Actor. 27. *Iactura nulla erit cuiusquam ex vobis, sed tantum nauis*: poterat dici ad istum modum: Nauis peribit, & damnum faciet: ipsi tamen salui eritis.

XLIII. Quintum argumentum. Sequeretur, omnes qui salvantur, salvati quasi per ignem, contra Apostoli distinctionem. Nam, et si Paulus hic saluator agat de peccatis, quae committuntur in docendo, ratiōne eadem ratio est omnium aliorum peccatorum: sicut enim Deus iudicabit doctrinam, etiam alia opera omnia.

XLIV. Respondeo : theses ipsas esse ~~non~~ certas, hoc est, Omnes ~~et~~ difficiles super Christo fundamento aurum, mercedem recepturos : omnes superedificantes lignum, passuros detrimentum, & saluos futuros tanquam per ignem. Ideoque falsum esse, aut superedificantes aurum passuros detrimentum : aut superedificantes lignum, mercedem accepturos. Ast argumentum sumi ab hypothesi : utrum omnes superedificant aurum, an vero omnes lignum. Quia enim verum, omnes superedificant aurum, accepturos mercedem, siue detrimentum non passuros : si assumas, At quicunque seruantur, superedificant aurum: conclusio erit certa : ergo, qui seruabuntur, omnes mercedem accipient, nec quisquam detrimentum patietur. Similiter, quia verum, omnes superedificant lignum, detrimentum patientur: si assumas, atque omnes qui seruantur, superedificant lignum : conclusio itidem necessaria erit: Ergo, quicunque seruantur, detrimentum patientur.

XLV. Hoc posito, facilis solutio est. Nam, vel haeret in instituto Apostoli aduersarius: & doctoribus agit, eorumque doctrina, quod proprium est Apostoli institutum. Actum negabitur consequentia. Nimirum, quia falsa assumptio est, omnes doctores superadiscicare lignum. Nam Apostolos certum est non superadiscasse lignum, fenum, stipulam: sed dunataxat aurum, argentum, lapides pretiosos. Sed neque dubitamus alios aliquos similes fuisse, & esse etiamnum. Sin autem inde transitur ad applicationem, ut ligna, fenum, stipulae, significant quæcunque peccata, negamus in consequente esse quicquam absurdum. Nimirum, quia vera assumptio est, at omnes superadiscant ligna, fenum, stipulas: quandoquidem nemo profus vivit absque peccato. Neque verum, id esse contra Pauli distinctionem. Theses enim ille distinguit, non hypotheses. Longe enim aliud est, assertere, Nullos superadiscantes aurum, facturos damnum; quam, omnes su-

perdificantes, superedificare aurum. Quomodo certum est, cum Christus dixit, neminem credentem in se, visurum mortem: non tamen asseruit se neminem visurum mortem: scilicet, quia non asseruit, omnes credituros in se.

XLVI. Superest iam ut de Purgatorio dicamus, utrum sit ignis, quem Paulus significauit. Negant Bellarminus, & Peltanus, de igne illo probatorio: sed contra de isto, per quem saluus quis futurum dicitur. In quo cōmento dissentientem habent Turrianum: qui diserte: *Opus vero malum probabit ignis detrimonum afferens: vnde apparet, eundem illi fuisse igne probantem illum: & hunc per quam quis saluus fiat.* Sed nec soli Turrianus, vt iam noratum est. Gagnæus: *Dies Domini quibusdam pro die iudicii sumitur, quibusdam pro die afflictionis, quo visum est Deo nos affligere. Ignem autem, de quo hoc loco, quidam ignem tribulationum & afflictionum, qui tam ignem conflagrationis in uniuersali iudicio: quidam (& melius cum communi Ecclesiæ iudicio) ignem purgatoriorum post mortem, explicant. Lombardus: Quia in igne reuelabitur: scilicet purgatorii, qui idem est cum igne inferni.*

XLVI. Porro, interpretationis sue rationem geminam habent; unam ambo expresserunt ex cōmuni consensi Patrum; alteram Peltanus. Cum igitur, inquit, vocula hæc ignis, Apostolici contextus periodum claudens, ad neutrum iudiciorum, nempe in morte, aut via ueritatis: neque rursum ad infernum, vel mudi huius incendium, nec denique ad quotidianas huius vita calamitates commode referri queat: neq; tamen alias, siue proprius, siue metaphoricus, ad quem concinne transferri possit, nullus omnino preter purgatoriorum occurrat, aut in rerum vniuersitate existat: fit ut a io, quam illo referri nullo modo debeat. Sed hac de remotione quid sentendum sit, satis apparet ex proxima disputatione: nec iterum opus laborem reuocare. Antecedente enim falso, non potest consequentis esse momentum ullum.

XLVII. Experiamur ergo, quis ille consensus sit veterum Patrū. Cœlertimi quique diuinorum oraculorum interpretes locū hunc ad Purgatoriorum perpetuo retulerunt, ait Peltanus. Bellarminus distiuctus: Latinis omnes hoc docent: Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Alcuinus, Rupertus, Lombardus, Bonaventura, Anselmus, Haimo, Thomas, Scholastici. Ex Græcis, Origenes, Oecumenius, qui testatur Basilium sic intellexisse; Theodorus etiā citatus à Thoma, & Gagnæo.

XLVIII. Satis magnifice. Veruntamen quis sit purgatorius ignis iste, reuocandum est in memoriam, ut cetera sint facilia. Constatigatur, à Papistis non aliud admitti, quam corporalē quendam, animas torquentem post hanc vitam, & ante iudicii diem illum, qui futurus est in fine mundi. Id nimis quam apertum est ex hac ipsa disputatione, quæ negare Papistis coegerit, huncignem, quo quidam salui sunt, intelligendum, vel de iudicio Dei in hoc seculo, vel de conflagratione seculi, iudicio vniuersali. Quid cum ita sit, nego. Veteres vlos, in quorum censem non admitto quicquias istas scholasticas, sequioris aui Theologos, neque Scripturæ sinceræ explicande attentes, neque vero etiam Patribus & item intentos: nego, inquam, Veteres vlos de ciuusmodi purgatorio igne verba Apostoli esse interpretatos.

XLIX. Omnes, inquit, Latini. Omnes? Ergo videamus: Cyprianus, epist. 52. Aliud est ad veniam stare, aliud ad veniam peruenire: aliud missum in carcere, non exire donec soluat nonissimum quadrantem, aliud statim fidei, & virtutis accipere mercedem: aliud propeccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse. Sed hic locus iam bis consideratus est in hac ipsa controversia, cap. 7. & 11. vnde confitat & absurdè hunc à Cypriano locum indicari, nimur. & non oqui Cyprianum de staru peccatorum post mortem: sed, comparati pœnitentiam solemnem agentes in Ecclesia, dum viuerent, cum iis qui per martyrum labores suos consummasset: vnde necessè est, ignem illum intelligi in hoc seculo: ideo non Purgatoriorum Papiticum.

L. Ambrosius proximus Cypriano nominatur, sed longo nimis inter nallo: ex commentatis in hunc locum: *Cum Paulus dicit, sic tamen quasi per ignem, ostendit quidem illum saluum futurum, sed penas ignis passurum, ut per ignem purgatus, fiat saluus, & non sicut perfidi aeterno igne in perpetuum torqueatur. Et idem habet, serm. 20. in Psalm. 118.*

L. Imo, si triusqueloci idem sensus est, & idem autor, profecto neuter agit de Purgatorio. Nam, posterioris hæc verba sunt, quæ non frustra Bellarminus noluit recitata: *Omnes oportet nos ante tribunal Christi assidere, ut recipiat unusquisque quod gesse, sine bonum sit, sine malū. Vides, quia & ipse Paulus assidet, ut ipse cōmemorat. Caele ligna, caele stipulam ad iudicium Dei tecum deferat, quia ignis exurat. Vbi quis ignorare potest, quid significetur per tribunal Christi, per iudicium Dei? Nam, post ad Cor. vnde illud est tribunal Christi, manifestum agi de postremo iudicio. Vnde idem autor ad eundem notat: Igitur, si iudicat Christo, unusquisque, nostrum facta corporis recipiet, non viue fine corpore adiudicabitur bono aut malo. Neque mirū erit Ambrosiū in iis esse, qui diem illū interpretati sunt, vitium iudicium, teste Bellarmino.*

LII. Sed mihi quidem placet, locos separari, & esse, non tantum non vius autoris, neque enim certum doctis, Cōmentaria in Epistolas Pauli, germanū esse. Ambrosii fōrum: sed etiam dissimiles, contra quam Bellarmino visum. Nam, illo sermone in Psalmos, manifestum, ut dixi, agi de postremo iudicio: at his commentariis aliter: neque verum, quod Peltanus edidit, de ea expiatione & punitione assertere, quæ post hanc vitam fit per ignem: satis commode quidem seruens suo instituto, sed non itidem veritati, cuius priuata audacia fundamentum nullum esse potest. Enim vero in Am'rosio, ignem audias: Et ignem pœnalem: sed post hanc vitam, nusquam. Quin ad hanc vitam hæc videntur pertinere. Cum dicit, sic tamē quasi per ignem, ostendit saluum illum quidem futurum, sed penas ignis passurum, ut per ignem purgatus fiat saluus, & non sicut perfidi aeterno igne in perpetuum torquatur, ut ex aliqua parte operæ pretium sit credidisse in Christum. Semper enim erubescat neesse est, qui se videt falsum defendisse pro vero: & simili modo semper fiduciam habet Dñs, qui abiecit falso sequitus est verum, & p̄tēta impietate succubuit pietati. Extra Catholicam enim quicquid est, contrarium est. Ita quomodo ad futuram vitam referri possint, docebit aliquando fortasse aliquis leuita: nam ego me fator non assequi.

LIII. Quanquam illud etiam obscurum, Saluum illum futurū dixit, quia

non interibit substantia quæ constat: sicut & doctrina mala peribit, quia accidens causa est. Scio apud Chrysostomum occurrere: οὐχὶ νοήσιν εἴτε δοκίμα ἡ, οὐ ταῖς γέγονοῖς τὸ πῦρ καὶ τὸ πῦρον, Non ipse quoque ita peribit ut opera, redactus ad nihilum: sed manebit in igne. Sed viderint Iesuitæ, quid id faciat ad purgatoriam salutem.

LIV. Nunc Hieronymus in 4. c. Amos; atque hæc prophetæ verba, Fatti estis sicut torris raptus de incendio. Iuxta illud, inquit, quod in Apostolo legitimus, ipse autem saluus erit, quasi per ignem, qui ergo saluatur per ignem, quasi torris de incendio raptus. Idē docuit vitiis verbis ultimi libri super Etiā: & lib. 2. contra Iouinianum, ultra medium. Peltanus addit ex commentariis in hunc locum: Quod si ille non nisi per ignem saluus erit, qui iustus ex proprio est, quia negligenter adficiuntur discipulos: quid de illis fieri, qui & sermone non adficiant, & insuper scandalizant exemplum.

LV. Sed primum locum truncavit Bellarminus. Sequitur enim continuo: Et ad huiusmodi homines (quos in Euangelio Salvator arguit, loquebatur, Sifiliis effusis Abraham, opera Abraham faceret). Ioannes Baptista dicit Progenies uirarum, qui demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentia, & ne velitis dicere intra vos, parvum habemus Abraham, dico enim vobis, quoniam potest Deus de lapidibus isles suscitare filios Abraham. Igitur & Israel & cuncti heretici, qui habent opera Sodoma & Gomorra, subvertuntur ut Sodoma & Gomorra; ut quasi torris raptus de incendio liberentur. Et hoc est quod in Prophetā legitimus, Restituuntur Sodoma in antiquum: ut, qui suo vitio sodomites est, quam in eo Sodoma opera arserint, in antiquum restituatur statum. Ex quibus verbis necessaria consequentia, nullum ignem nominari potest hanc vitam. Etenim opera Sodoma & Gomorra non possunt dici peccata venialia. Mortalia autem per ignem purgatoriorum non exuruntur. Præterea, heretici, testibus ipsis Papistis, non pertinent ad Purgatorium. Sed verum est, & peccata mortalia, & heres in hac vita per ignem iudicium diuini confundi: nimur, quia inde est seria pœnitentia. Itaque, ex eo in incendio torris raptus est, qui in severissimis afflictionibus proficiens, delit peccata, quibus inhærebat; & sic sit saluus tanquam per ignem.

LVI. Quid: quod Prophetæ textus non patitur aliter? Subvertit vos, sicut subvertit Deus Sodamam, & Gomoram, & facti estis sicut torris raptus de incendio, & non reditis ad me, dicit Dominus. Nam, reditus ad Dominum, quid est præter pœnitentiam? Ergo Prophetæ eam dicit subversionem, vnde qui rapti sunt, tanquam torris exincendio, conuertantur ad Dominum. Etgo, inquam, ea subuersio nihil ad Purgatorium: nam, post Purgatorium, nemo conuertitur ad Dominum: quia, neque locus, neque tempus est pœnitentia. Itaque Salmero, in 4. c. 1. Petri: Quaremerito iustus vix saluandus dicitur, sicut Amos & Zacharias Prophetæ, tribulatōs, torres vocant raptos de igne, vel incendio. Et Iudas Apostolus in Catholica sua: Illos vero salvare de igne rapientes.

LVII. In Etiā sic scripsit Hieronymus: Sicut Diaboli, & omnium negotiorum, atque impiorum, qui dixerunt in corde suo, non est Deus, credimus eterna tormenta: sic peccatorum, atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atque purganda, moderatam arbitramur, & misericordiam sententiam iudicis. Hic vero audis, non peccata venialia, sed Christianos impios: hi autem, quid ad Purgatorium? Tum autem misericordia sententia, etiam in aeterno igne futura est; in quo nemo dubitat, maiores esse minoremque pœnas. Itaque, tentus erit, et si impii Christiani damnandi sunt, tamen mollius damnatum iri quam impios negatores: Nam, certum est, nonnullos Veteres hoc examen retulisse ad ignem aeternum, ut Chrysostomum: & plurimos certe ad diem ultimi iudicij. Tum autem nulla est, vel tenuis circumstantia, qua Hieronymus indicat, sibi designari statum animæ inter mortem & postremum iudicium.

LVIII. Libro secundo aduersus Iouinianum, nude locus hic recitatur, neque illa circumstantia est, quæ doceat quem ignem Hieronymus intelligat. Disputabat autem aduersus quartam Iouiniani propositionem de æqualitate peccatorum; quam ut probaret, loca corrudebat, quibus homines distinguenter in duos tantum ordines, bonorum & malorum. Respondebat, non obstare quominus & alia distinctio sit: Quale est, inquit, ut quia inter bonos & malos diuisio est, tu asseras inter ipsos bonos, vel & contrario malos, nullam esse distingiam? nihilque refere, virum in pecore aliquis aries sit, an ouiscula? Etia eam rem plurimos congerit locos: inter quos & istum, qui nobis praे manibus. Hoc recitat: Si es cuius opus arsit, inquit, & periit, & dominum sustinuit laboris sui, perdet quidem laboris premium, sed ipse saluabitur, non tamen absque probatione ignis: ergo is cuius opus manserit, quod superadfecit, sine ignis probatione saluabitur, & inter saluationem, & salvationem erit diuersitas aliqua. Quæ argumentatio æque constare potest, siue ignem ponas illum conflagrationis cum nonnullis, siue moram resurrectionis cum Tertulliano, siue ignem tribulationum cum Augustino. Itaque, hoc quidem loco mentem luam non expressi Hieronymus; vnde quicquam confidentia Iesuitæ esse posset.

LIX. Postremum locum esse Hieronymi, nemo Doctorum dabit. Nā, eos commentarios suppositios esse, iam pridem lippis notum & tonsoribus. Etis tamen, nihil habet, vnde nobis importunus sit. Comparauit eos qui, eti si ipsi iusti, tamen negligenter docent, iis, qui etiam exemplo scandalizant: Et, si illi per ignem salui sunt, quid istis futurum est? Sic ille quisquis est argumentatur, & recte. Sed, quæ necessitas efficit, ignem inde intelligentem purgatoriorum potius quam in hoc seculo, aut in ultimo die, generalique iudicium? Certe, 1. Petri 4. legitimus. Si iustus vix servatur, impius & peccator, ubi comparabitur? cum tamen agatur manifeste de afflictionibus huius vita. Nam Lorinus, Ultimaria, ad perfundendam in aduersis patientiam, quia in præsentis vita domesticos suos exercet Deus, ac pingat. Et paulo post, Si ad exitum felicitatis adeo difficulter venti perueniunt iusti, ut vix peruenire posse videantur, tot vexationibus veluti à cursu distracti: quid sit erit, qui precipites in interitum currunt.

LX. Augustinus, in Psal. 37. In hac vita, inquit, purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne opus non sit. Et post, Dicitur saluus erit, quasi per ignem: & quia dicitur, saluus erit, contemnitur ille ignis. Ita plane: quam salui per ignem, gravior tamen est ille ignis, quam quicquid potest pati homo in hac vita.

LXI. At nos alias diximus, corruptum esse locum priorem, posito emendatorio a mala manu, pro emendato: sic enim optime, cui iam emendato:

*dato: id est, ita ut mihi iam emendato hic, id est, in hac vita, opus non sit
igne in altera. Sed vtrenque id est, tamen certum, Augustinum loqui de
igne alterius vita. Ita est, inquam: Verum, nondum hoc satis: addi oportet
inter mortem & iudicium postremum: ita enim postulat hypothesis
Papistica. At hoc profecto non habet ab Augustino Bellarminus. Nam,
& Augustinum cum aliis, admisisse postea patescat ignem purgatorium,
in iudicio illo ultimo & vniuersali. Et hunc inter utrumque reliquit in
medio. Quia, inquit, forsitan verum est: alias, incredibile non est. Hic autem
ne verbum quidem est, quod ab illa sententia abludat. Cur ergo volet Bel-
larminus, ex sua, id est, Papistica mente, nos haec interpretari verba, & non
potius ex ipsa illa Augustini sententia?*

LXII. Gregorius, neque suo sensu, neque certa affirmatione, ignem dicit post hanc vitam: sed alieno, & hypothetico; *Si quis hoc de igne futura purgationis accipiat.* Qua de re alias dictum. Nam ille quidem in Augustini tribulationes huius vitæ magis inclinat: Itaque hoc obiter, magis non refutans, quam approbans. Et incertum relinquens, vtrum de statu continuo post mortem, an adusque resurrectionem: neque enim alterum in partem definit quicquam.

LXIII. Reliquos non est necesse nominatim inquiri. Anselmo, & Thomae persusum fuisse Purgatorium, & quidem tale, quale hodie Papistis, non eam inficias: sed de eodem verba Pauli constanter explicare, nemo. Nam, uterque variis sensus congerit, nec in hunc propendet potius quam alterum. Anselmus primo loco interpretatur de iis, qui sanâ, vel prauam doctrinam superadificant Christo: ne exclusis quidem hereticis: Quia nec heretici docere valent, nisi sub Christi nomine. Alter enim commentarij errorum suorum commendare non valent, nisi interposito Salvatoris nomine predicent, ut res contraria & absurdas nominis dignitas acceptabiles faciat. Tum autem diem Domini explicat, diem viiimi iudicij: Quia in illo faciet Dominus, quod iustum est, reddens unicuique secundum opus eius. Hunc diem manifestandum, dicit in igne: Cum enim viderint omnes ignem illum ante faciem iudicis per totum diffundit orbem, scient adesse diem iudicij. Vel, inquit, Dominus in igne illo reuelabitur, id est, apparebit omnibus bonis & malis. Vnde & Thessalonicensibus dicitur, In reuelatione Domini Iesu de caelo cum Angelis virtutis eius in flamma ignis. Qua descriptio est sine dubio, non ignis purgatori, sed ignis illius vniuersalis, quo conflagrabunt omnia.

LXIV. Secundo tamen, de afflictionibus temporalibus interpretatur; Potest, inquit, & aliter intelligi verius. Nimirum de iis, qui superadificant bona, malave opera: *Quisquis bene viruit, ac Deū honorat & laudat, non in-harens ex dilectione terrenis rebus: sed desiderans aeternā patriam, & aut vēdens omnia sua, distribuensq; pauperibus, aut possidens tanquā non possideat, & utens hoc mundo tanquā non utatur, iste superadificat aurū, argentum, lapides pretiosos.* Qui vero amat adhuc secularia, & negotiis terrenis implicatus est, ac vinculis quibusdā & affectionibus carnis, deditus est domui sua & cōiugi, ac possessioni, & tamen Christianus est, ita ut cor eius non recedat a Christo, & nihil preponitur fundamento, iste superadificat ligna fænū, stipulam. Post diem, ignemque probationis huic temporali vita assignat: *Vniuersiusq; inquit, opus manifestum erit in feruore temptationis.* Dies enim Domini declarabit: dies vtiq; tribulationis. Praesentis enim temporis tribulatio cruciat electos, diuinu disponente iudicio, quia tēpus est ut incipiatur iudicium de domo Domini. Propterea, dies tribulationis appellatur dies Domini, id est, dies iudicii. Quia, inquit, in igne reuelabitur, eandem tribulationē vocat ignem. Et paulo post, *Ignis enim tribulationis in hunc interim vitia probat opus virtusque.* Hæc ille, & alia nonnulla: paulo nimirum fusius exsequuntus Augustini sententiam: quam etiam veriorem denotauit.

L X V. Ad extremum tamen, titubans & quasi perfusor etie Papisticum Purgatorium ingerit, mutuatus etiam Augustini verba: *Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est: nonnullos scilicet fidèles per ignem quenam purgatorium, quanto magis minusve bona temporalia dilexerunt, tanto citius saluari. Nam, de quibusdam leuisib[us] culpis esse ante corporum resurrectionem purgatorius ignis credendus est.* Et hunc ille probat, non ex hoc loco, sed ad exemplum Gregorii ex illo loco ex Matth. 12.

LXVI. Thomas similiter tripliciter interpretatur: *Dies Domini dicitur, quando voluntas Domini compleatur de hominibus, qui per eius insititia vel premiabuntur vel damnabuntur. Vnde secundum triplex Dei iudicium, triplex potest intelligi dies Domini. Erit enim quoddam iudicium generale omnium. Et secundum hoc dies Domini dicuntur nouissimus dies iudicij. Et secundum hoc intelligitur, dies Domini declarabit, quia in die iudicij manifestabitur differentia humanorum meritorum. Aliud autem est particulare iudicium, quod sit de unoquoque in morte ipsius. Et secundum hoc, dies Domini potest intelligi dies mortis. Sic ergo dies Domini declarabit, quia in morte uniuscunusque, eius merita patent. Tertium autem est iudicium in hac vita, in quantum Deus per tribulationes huic vite interdu homines probat. Et secundum hoc dicuntur dies Domini, dies temporis tribulationis. Dies ergo Domini declarabit: quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur. Et aliquanto post: Ipse autem saluus erit, sicut tamen quasi per ignem: quem scilicet prius sustinuit, vel in hac vita, vel in fine huius vite, vel in fine mundi. Hec ille.*

LXVII. Imo haec illi. Ex quibus iudicium fiat, quam temere Bellarminus dixerit, *Latinis omnes hoc docent*. En tibi enim sensus triplicem: quod certe non solet accidere, tum cum unus est omnibus persuasus tanquam certus. Necesse est igitur falso dictum, omnes Latinos ita docere. Præterea nota, Anselmum notasse diserte illud verius dici, quum de tribulationibus huius mundi exposatio est: cui si illud compares *tales aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est*: mirum, ni dicas tam esse frigidum, ut sufficiat suffocando vniuerso Purgatorio. Tertio; vrumque vides tripliciter explicare: & in neutro vides quicquam quo hoc Purgatorii commentū præferatur: vt apud Bellarminum legis, communem hanc esse Theologorum sententiam: apud Pelatnum , alio referri nullo modo debere: apud Salmeronem, necessario, intelligendum esse de pœna aliqua expiante post hanc vitam: & similia. Ast illi liberum permittunt lectori iudicium: tanquam in re non definita, aut in alterutram partem certa. Magno nostro aduersum Sophistas commodo: quia nimur ab homonymia non possit certa fieri demonstratio.

LXVIII. Hactenus Latini. Nunc Graeci, Origenes, Basilius, Theodoretus, Ammonius, Oecumenius: *Quosdam*, inquit Salmero, *Græcæ Ecclesiæ graues doctores*. At Peltanus, *Omnem tam Graci quam Latini Interpretes*. Vter vanius? Iste certe magnificens mentitur. Sed illos videamus. Ori-

genes ergo, homil. 6 in Exod. Sed & illuc cum conuenit, si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum, tanquam plumbum, igne resolutur, & purgatur. Item, hom. 14. in Leuitic. & 22. in Hierem.

LXIX. Atqui Origenes non probus autor, ut alias monimus: sed neque Purgatorium Papisticum adstruxit. Argumentum evidens ab ipsis est Papistis concinnatum. Disputarunt enim, ignem priore loco nominatum, non esse purgatorium: quia scilicet Purgatorium non probet opera eorum, qui aedificant aurum. Iterum disputant, ignem postremo loco, non esse iudicium Dei, sed Purgatorium: quia, si iudicium Dei esset, (verba recto Salmeronis) non minus aedificans aurum & argentum per eum transire. Peltanus etiam dixit, *Vtrumque iudicium tam uniuersale omnium, quam particolare singulorum, commune erit omnibus: nec enim soli probi, & sanctimonia conficiunt iudicabuntur, sed improbi quoque & scelerati. Sed per illum ignem forenum, id est, purgatorium, non transuent omnes, sed certi tantum.* Vnde constat, id Purgatorium non esse Papisticum, per quod omnes transeant absque exceptione. Atqui Purgatorium Origenis fuit eiusmodi, ut per ipsum transituri sint omnes absque illa exceptione. Non potest ergo Purgatorium esse Papisticum. Mentior? An Sophistæ potius dissimulant, quæ esse nollent? Origenem audi: *Venientum est ergo omnibus ad ignem, venientium est ad conflagatorium. Sedit enim Dominus, & conflat, & purgat filios Iuda.* Sed & illuc cum venitur (Bellarminus legit, cum conuenitur) se quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum, tanquam plumbum igni resolutur ac purgatur, & rotum remanet aurum purum. Quid clarius? Omnibus, inquit, venientum. Hinc est & homil. in Leuit. 14. *Quid opus est ligna, quid fænum, quid vel ipsam stipulam fundamento Christi superponere?* Cur non magis aurum, vel argentum, vel pretiosos lapides, pretiosos superponimus fundamento, ubi cum ignis accesserit, nihil innemat quod absumat? En tibi ignem accessurum, non ad ligna tantum, & fænum, & stipulam, sed etiam ad aurum argentum, lapides pretiosos. Diferitus, hom. 3. in Psal. 36. *Et, ut ego arbitror, omnes nos venire necesse est ad illum ignem:* etiam si Paulus sit aliquis, vel Petrus: *venit tamen ad illum ignem.* Satin' fani Sophistæ?

LXX. Basilium adeamus. Oecumenius hunc locum testatur Basilium interlexisse de igne purgatorio. Falsum, inquam: de purgatione dixit, non de igne purgatorio: *in tñ iugulatia & Hoc a dñi a iis Basilius & dñs reges impetrantibz & pñtibz, in uulparu a vñd edicato.* In expositione Esiae B. Basilius bis mentionem faciens kniis dicti, de purgatione ipsum accepit. De purgatione. Ergone omnis purgatio ignis est purgatorius? Nam, si non est, frustra Basilius obiicitur. Cæterum, ex ipso Basilio non liquet. Ex duobus locis ab Oecumenio indicatis, unus tantum supereft, commentario in c. 5. vbi tamen ~~ad~~ ex auctoritate eius nō est. Inter eos qui adornant sua dogmata, quid rñsu & sub sannatione digna sentientes, rem adificant ludicram & deridiculam: alii autem honestiores, res magis serias nec indignas laude componunt. Et post: *Si sicutur species adificantur duas: una quidem commendatur, qua quis adificant supra petram & fundatum, nempe Christum: altera improbanda venit, quippe qua exponit se derisit, & est perditione digna, nō ab scriptura tales fatetur esse miseris, qui amplas & magnificas edes extrahunt, & adaptant vni cuiusdam viliori, qui quandentibus in sinceris erroribus impermixta conferunt.* Basilius hic quidem de purgatione nihil. Nec tamen Oecumenio diem dicā falsi testimoniū: sed Bellarmino, in consideratiō iudicii, qui non attendit aliud esse ignem interpretari purgationem, quam purgatorium ignem. Nam qui hunc dicit, idem utrinque ignem statuit & significantem & significatum: at, qui purgationem; is una tantum ex parte nempe significante; at non ex altera: id est uno verbo, purgationem non nisi metaphorice ignem dicit: qui nihil ad Purgatorium Papisticum.

LXXI. Theodoro quid accedit, quamobrem inter Papistas fiet? Scilicet Thomas in opusculis contra Gracos, ex eo citat hæc verba, *Hunc credimus ignem purgatorium, quo purgantur anima, ut atra in conflatorio. Eadem Gagnæus in hunc locum, Græce, τὸ τοῦ πῦρ πίστιν οὐδὲ καθαρίσεις, οὐ καθαρίσεις* αἱ ψυχαὶ καθάρισθαι καθεύπολις εἰς καθαρισμόντες.

LXXII. Arqui primo, hæc verba in Theodoreto ipso nusquam apparent: ac ne quicquam quidem quod eo accedit. Verit Gentianus Heruetus eius interpretationem in Epistolas Pauli: Scilicet Heruetus eratinensis Purgatorio ut hæc omitteret? Aut idonei sunt autores Thomas & Gagnæus, quibus absque testibus habeatur fides. Saltē indicasset Gagnæus nostri homo seculi, vnde verba Græca esset mutuarus. Cur enim ille videbit, quæ nemini legiſſe licet? Nam, quæ scholia græca Bellarminus nominat, ipſe non nominat Gagnæus; sed duntaxat *Theodoreum in eum locum*. Tum autem rutsus, quænam illa sunt; Nam, quibus hoc nomen esse soleret, collectis ab Oecumenio, ea nihil habent eiusmodi. Adde eadem verba à Peltano tribui Ammonio nescio cui: non enim puto veteri illi Alexandino Origenis Magistro. Viderint Papistæ, quantam suæ causæ plagi infligant, qui talibus ea testimoniis cogantur confirmare.

L XXII. Et tamen in ipsis verbis, quid est ponderis? Hunc ignem credimus esse ~~magis~~ ^{magis}, vt Theodorus apud Gagnæum, sive ~~magis~~ ^{magis}, vt apud Peltranum loquitur Ammonius: in quo animæ purgantur Esto sane. Ergone Purgatorium Papisticum? Ac primo, vnde constat ignem hunc nominatum post hanc vitam? Nam etiam in ista purgari animas, illi crediderunt, qui sive afflictiones temporales dixerunt, sive latius, iudicium diuinum. Deinde, si ignem etiam post hanc vitam, cur illum potius, qui statim post mortem cuiusque, quem solum Papistæ admittunt, quam cum, qui in extremo iudicio? quem plurimi Veterum agnouerunt?

LXXIV. Restat Ocumeniūs a quo Peltanus recitat: Σωθήσοτος ἐστιν πατέρων μαρτυρίου τοῦ Αγίου Παύλου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, οὐδὲν τοῦ θεοῦ τοῦ πατέρος τοῦ Χριστοῦ. Θεῖον γάρ μόνον τὸ αὐτομάτητον, Saluabitur. Et ipse quoque: non tamen circa dolorem: ut par est eum, qui transit per ignem, & à concretis leuioribus maculis expiatetur. Solus enim Deus est, in quem nullum peccatum cadit.

LXXV. Pudentiorem Peltanum vellem. Occumenius seorsum ait ab omnibus Pauli interpresibus: & haec verba, ipse vero seruabitur, ita tamen ut per ignem, refert non ad proximum, qui dicitur, damnum facere, sed ad eum qui paulo prius dicebatur mercedem accepturus: quasi per oppositionem, iste quidem detrimentum passurus sit, id est, τίλεσ εἰς οὐλήν penitus euiciendus, ille vero seruandus quasi per ignem. Diserte: ἀργετην επιτελεσθαινεσσα: ει μη σικοδουμιν (αριστερη δυτικη περιγονωλη), τίλεσ επιβεβαιωλη επιμετωπη γραμμην επιστρεψαι αυτος ιερωβεστης: ησ: ο επιστρεψαι (αριστερη)

καταποντας τὸν ξενοῦντα καὶ τὸν γρυπόν, καὶ τὸν πηλέα λίθον· εἰτάρα δὲ περὶ αὐτὸς ἐπιστρέψαντας, νῦν λίγον ποτε μετόπι, τετράστικα σωτηρία. An non etiam sic possumus concipere? Ii quidem qui superadificabunt facilem incensu materiam, penitus abieci sunt: utpote qui suorum omnium studiorum dampnum faciat: ipse vero seruabitur: quis? qui adificari aurum, argentum, lapides pretiosos: Cum enim prius dixisset, eum mercedem accepturum, nunc dicit qualem mercedem, nempe, salutem. Sic ille: At Salmero: Illud fruolum est Oecumenij. Recte, quanvis Turriano haud disperguerit.

LXXVI. Sed esto, id peccatum. At Oecumenius tamen Purgatorium sensit? Quodnam vero illud, inquam, Papisticum? Nego. Quod enim eius iudicium proferet Pelanus? Ait ego contra ostendo. Primum enim, omnibus absque illa exceptione commune constituit. Hoc enim purgandum statuit, τὸν τελεστὸν οὐτον: & statim negat, vno excepto Deo, quenquam esse absque peccato. Clare, Θεοὶ γὰρ μόνοι τὸ πέλευς αραιωμένοι οἱ ἄλλοι ποιεῖσθαι οὐ μελισταὶ οὐ διάβολοι, οὐ τέλεοι οὐδὲ καθάροι οὐδὲ γραπτοὶ οὐδὲ πλασταὶ πάντες, οὐδὲ τραχεῖς οὐδὲ ακαραχίς, οὐδὲ οὐδὲ μεταξύ οὐδὲ αὐτοῖς, Solus enim Deus est, in quem nullum peccatum cadit: ait homines, quantumvis maxime iusti sint, non sunt perfecti puri. Quia dictum est, in multis offendimus omnes: & nemo purus a peccato, etiam si eius vita fuerit omnis diei. Argumentum perspicuum. Quicunque vel minimum quid habent maculae, purgantur illo igne: atqui omnes homines habent aliquid maculae: ergo omnes purgantur illo igne. Non igitur, inquam, Purgatorii Papistici ergo: nam, isto negant Papista, omnes purgari. Rursus: hæc purgatio assignatur ab eo die ultimo, quum Christus apparebit. Sic ille paulo ante ex Theodoro: Καὶ τὸν δὲ ἐπιφανεῖσθαι σωτῆρας οὐτε πάτερ οὐτε θεός. Σα-εις αὐτοῖς οὐ τοὺς μὴ εὖ βεβούούσας πατέσσας χρεούντας αργυροῦ τὸ πῦρ λα-μέντης εἰς φαντασίαν, τοὺς δὲ κακίας ιεράτες στολὴν ἔνθετος κόρτες οὐ καλλιεν-ταλασσῶν: In die apparitionis Servatoris, exacta erit inquisitio, & examen: eosque qui bene vivent in istar auri, argenteique ignis ostendet illustriores: qui vero nequitiam operati fuerint, tanquam ligna, & fænum, & stipulam consummet. Atqui Purgatorii Papisticum nihil ad illam diem, quum apparebit servator: ergo Purgatorii Papisticum nihil ad Oecumenium. Non Oecumenius ignem Pauli ignem Papisticum est interpretatus.

C A P. X I V.

Ignem Paulinum, non esse Purgatorium.

I. Ergo hactenus non probarunt Papistæ Pauli verba, suis animarum purgandarum cruciatis inseruire. Nos nunc demonstremus non posse. Primum. Qui ignis apud Paulum est, is metaphoricus est. At ignis Purgatorii Papistici non est metaphoricus, sed vere proprieque ignis; Ergo ignis, qui apud Paulum, non est Purgatorius Papisticus. Assumptum per se patet, & ex perpetuis Papistarum disputationibus: quorum specimen exhibebit Benedictus Iustinianus, annotationibus in ipsa hæc Pauli verba.

II. Maiores vero probamus, primo à serie contextus: quem totum esse allegoricum, testibus ipsis aduersariis, obseruauimus. Certe Pelanus: *Vnum, inquit, hic certum est, nempe, torum hunc locum, immo vero totum caput, unde hic locus petitus est, metaphoris abundare: Nam, que de lacte, de plantatione, de irrigatione, de incremento, de agricultura, de prophanato templo, de ipso de-nique fundamento, totaque adficti structura hic exponuntur, ea omnia metaphora sapienti, nec pleno sensu circa absurdum atem exponi possunt.* Quia autem ratio allegorice postulat, ut continetur metaphora (est enim absurditatis genus quoddam ab una metaphora, ad aliam desilire) ideo conficitur, si aurum, argentum, lapides, lignum, fænum, stipula, & ipsum manere, ardere, impropria sunt, etiam ignem difessisse ad vnum aduentum & figuratum.

III. At Greg. de Valentia: Si hæc, inquit, obiectio aliquid valeret, posset etiam similiter concludi, ne vocabula quidem, opus saluum, detrimentum, & similia, proprie accipienda. Quod si, non obstante metaphora reliquum, ista proprie possumus intelligere, cur non etiam vocabulum ignis?

IV. Imo & opus, & saluum, & detrimentum, quis negavit a Paulo dici metaphorice? Nam, etsi opus est aliquid corum, qui vacant predicationi, tamen id toto genere distat ab opere eorum, quorum ardet adficiunt: itaque, hoc non potest sine metaphora illud opus designare. Simile iudicium de salute, ac detimento. Itaque, Bellarmino ipse per partes exequitur est metaphoram. Similitudinis enim partem primam positum ipso adficio: *Vt inquit, in hac sententia similitudine duorum Architectorum, quorum unus super fundamentum lapideum & solidum, erigit dominum ex pre-tiosa materia, & qua non timet: alter vero simile fundamentum, id est lapideum, & solidum, erigit dominum ex asseribus & stipulis, eamque tegit fæno & stipula.* Hæc prima pars est: altera sequitur, *Hac postea similitudine, fingamus utrique domui adhiberi ignem: videbimus priorem nibil penitus ladi, & si Architectus invenit fortasse sit similitudo nibil pati: at posteriorum dominum videbimus continuo ignem concipere, & brevi tempore totam consumi: & si Architectus invenit sit, & velit sanus egredi, videbimus eum exire non posse nisi per ignem, in quo transiit non quidem morietur, sed tamen barba & capilli non regredientur incolumes. Et denique, Hæc est, inquit, similitudo, qua B. Paulus vtitur. Ergo, inquam, similitudo in Architectis, similitudo in opere, similitudo in detimento, similitudo in salute. Cur non etiam metaphora? Et sane, si ligna, fænum: stipula, ad similitudinem pertinet: tunc taxat: ait ignis, & salus, & detrimentum ad rem significatam; hoc fieri absurdum: ut vtraque pars sit imperfecta: nam, neque exprimet quid accidat ligno, fæno, stipula: neque id ponetur, quod igne debet deteri, aut seruari. Itaque, vel proprie omnia erunt interpretanda, ut nulla sit similitudo, vel omnia metaphorice, ut sicut constet sensus Apostolo. Est autem absurdissimum illud: ergo hoc vnum relinquitur. Et sic solet elegantius lectori dñdorū permitti, quam ab autore ipso subiici.*

V. Ethanc metaphoram Paulus ipse indicauit: cum dixit, non saluus erit per ignem: sed, sic tamen tanquam per ignem, εἰς τὸν δὲ θεόν περὶ δικαιοσύνης. Nam, etsi Bellarmino concesserim illud, etsi, non semper similitudinem designare, quomodo Ioannis primo legimus gloriam *εἰς πορεύοντας*: tamen ne ipse quidem negat, si plus esse aliter, Matth. 9. εἰς τὸν δὲ θεόν περὶ δικαιοσύνης, dissipati & disiecti quæsiones. Et io. Ecce, ego mittō vobis, etsi περὶ δικαιοσύνης, tanquam ones in medio luporum: Estote igitur prudentes, etsi oporteat, quasi ser-

pentes: & innocentes, etsi oporteat, quasi columba. Mitto alia. In hoc ipso loco, *οὐαὶ τοῖς πορεύοντας*, quasi sapiens Architectus, fundamentum posuit: ubi certe Bellarminus ipse similitudinem agnouit & explicauit, non Bellarminus, ut primus aut solus, sed omnes omnino interpres.

V. Confirmatur eadem assumptio, quia, ut dictum, idem ignis est Paulo in postrema clausula, *Saluus erit quasi per ignem*, qui in precedentibus: quod ante Bellarmini tempora nemo verständerat in dubium. At in precedentibus ipsi aduersarii non differentur esse metaphoricum: quare, ne in postrema quidem legitime possunt negare.

VII. Alterum nostrum argumentum, quo ostendimus non esse ignem purgatorium. Ignis Paulinus utraque probat opera. At purgatorius ignis probat altera duntaxat. Ergo ignis Paulinus, non est ignis purgatorius. Assumptum constat ex ipsa Papistarum doctrina. His enim Purgatorium statutum est duntaxat pro peccatis, vel peccatorum poenis: itaque, non pro auro, argento, lapidis preciosis, quibus nominibus omnes negant significari posse peccata. Deinde hæc causa fuit posterioribus pauculis disparandi ignem probante in ab igne saluifico, sic enim loquuntur.

VIII. Maior probatur ex ipso contextu. Si quis superadificet super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fænum, stipulam: *εἰς τὸν δὲ θεόν πορεύοντας*, Cuicunque opus manifestum fiet: dies enim declarabit, nam per ignem retegetur Augustinus Enchirid. c. 68. Ignis de quo loquuntur est eo loco *Apostolus Paulus talis debet intelligi, ut ambo per eum transeant, id est: & qui adificat supra hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides preciosos: & qui adificat ligna, fænum, stipulam.* Cum enim hoc dixisset, adiunxit: *Vniuersusque opus quale sit, ignis probabit.* Si cuius opus permanerit, quod superadificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus autem exustum fuerit, dampnum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Non ergo unius eorum, sed utrumque opus ignis probabit. Idem de Ciuit. Dei libr. 21. c. 26. eos refutans, qui ignem aeternum interpretarentur. Sed in illum ignem de quo dictum est, sic tamen quasi per ignem, si hoc modo est intelligendum, utrique mittendi sunt, & dextris scilicet, & sinistris. Illo quippe ignem utrique probandi sunt, de quo dictum est. Dies enim Domini declaravit, quoniam in igne reuelabitur: & uniusque opus quale sit, ignis probabit. Si ergo utrumque probabit ignis, ubi, si cuius opus permanerit, id est non fuerit igne consumptum, quod superadificauit mercedem accipiet: si cuius autem opus arcerit, dampnum patietur, profecto non est ipse aeternus ille ignis. In illum enim soli sinistri, nouissima, & perpetua damnatione mittentur: iste autem dextris probabit: sed alios eorum sic probat, ut adficiunt, quod super Christum fundamentum ab eis inuenierit esse constructum, non exurit atque consumat: alios autem aliter, id est, ut quod superadificauerint, ardeat, damnisque inde patiantur, salu sunt autem, quia Christum in fundamento stabiliter possum præcellenti caritate tenuerunt. Un tibi Augustinum dicere obseruantem, illo ipso igne, de quo dicitur, *Saluus erit quasi per ignem*, utrosque probati.

X. Tertium argumentum. Ignis Paulinus agit in hominum opera: at ignis purgatorius non agit in hominum opera. Ergo ignis Paulinus non est ignis purgatorius. Minor patet ex ipsa Papistarum doctrina. Ignis enim purgatorius est poena: at poena nunquam infligitur peccato: sed ipsi peccatori propter peccatum. Itaque agit ille ignis in personam directe & per se, & primo, & proxime: in peccatorum autem non nisi improprie & per accidentem. Itaque, non peccata, quæ iam pridem esse desierunt, sed ipsas personas in eo detineri pertendant.

X. At Paulinus ignis agit in ipsa opera directe, proprie, primo & per se. Manifesta sunt enim Pauli verba: *cuiusque opus manifestabitur: Cuiusque opus quale sit ignis probabit.* Et disertius statim: *Si cuius opus man erit: si cuius opus exustum fuerit.* Denique, ipsa similitudinis ratio præsto est. Non enim Architecti comparati sunt ligno, fæno, stipula: sed ipsa opera: agit autem ignis proprie in ligna, fænum, stipulam. Ergo in hac allegoria, id quicquid est, quod per ignem significatum Paulus voluit, agit proprie, & primo in id, quod per ligna, fænum, stipulam est designatum. Ambrosius in Psalami 118. literam Tladi: *Ignis ergo hic, sermo Christi est: & bonus ignis, qui calefacere novit, nescit exurere nisi sola peccata.* Hoc igitur super bonum fundamentum posito, *Apostolicum* illud aurum probatur: *hoc igne, illud morum vel operum examinatur argentum: hoc igne pretiosi illi lapides illuminantur: fænum autem, & stipula consumuntur.* Mundat ergo hic ignis animum, consumit errorum.

XI. Quartum argumentum. Ignis Paulinus *εἰς τὸν δὲ θεόν πορεύοντας* probat, explorat, cuiusmodi opera sint. At ignis purgatorius, non explorat cuiusmodi sint opera. Ergo ignis Paulinus, non est purgatorius. Maior est manifesta ex verbis Pauli: *εἰς τὸν δὲ θεόν πορεύοντας, οὐ τὸν δὲ θεόν πορεύοντας.* Syre, Ἡράκλειον, interpretibus Tremellio, & Boderiano, discernet: Caïtanus. *Apis rigorosum-examen Dei nominatur ignis metaphorice: quoniam, quemadmodum ignis supremum obtinet in examinando locum: ita diuinum iudicium cunctas operis condituras quantumcumque minimas scrutatur, librat, ac diffidat, & dividendo ius, & exsequendo.*

XII. Atque, ignis Purgatorius Papisticus nihil explorat: sed punit. Nemo autem sanus concedet vñquam; idem esse punire & explorare, siue examinare, quale aliquid sit. Imo, in operum iudicio, omnino prius examinare debet, tunc poena succedere. Atque adeo hoc argumento Iustinianus negavit, ignem Paulinum, esse aeternum: *De igne, inquir, quo apud inferos crariantur improbi, intelligi nullo modo potest: non enim ignis ille tam explorat, ani illustrat, quam torqueat, & seculata vñscitatur.* Atque, inquam, ignis iste purgatorius haud aliter. Nonne enim sperarunt Papistæ se huius ignis fundamentum solide iecisse, cum probarent supereesse poenas exsolviendas post mortem? Tum definitio Bellarmini, nulla sophistice declinari potest; c. 10. lib. 2. *Certum est, in purgatorio, sicut etiam in inferno, esse poenam ignis: sine ista ignis accipiat proprie sine metaphorice: & siue significet poenam sensus, sine damni.* Et 14. *Poenas purgatorii esse atrocissimas, & cum illis nullas poenas huius vita comparandas, docent constanter Patres.* Mitto plura dicere: nam in re perspicua, non sunt testes necessarii.

XIII. Iustinianus *τὸν δὲ θεόν πορεύοντας* interpretatus est, *experimento docere.* nimium late. Nam, cum quis in furca agitur a magistratu, tunc potest dici experimento docere, qualis ille fuerit, bonus vir an malus. Sed hoc genus *δικαιοσύνης*, si admittimus in verba Pauli, nihil est quo refuter Iustinianus eos qui ignem dicunt aeternum: nam & hic experimento probabit opera damnatorum, qualia fuerint: non enim damnaretur quisquam, nisi eius opera essent mala.

XIV. Quin-

XIV. Quintum argumentum: Ignis Paulinus est institutus, pro culpis quorumcunque peccatorum. At ignis purgatorius, non est pro culpis quorumcunque peccatorum. Ergo ignis Paulinus non est purgatorius. Ne hoc quidem argumentum est obsecrum. Nam in peccato considerant subtiles Papistæ culpam, & poenam. Atqui lignum, fœnum, stipula, non est poena: ergo est culpa. Assumptum probatur: quia lignum, fœnum, stipula, ædificatur ab Architectis ipsis; & ideo appellatur opus vniuersitatis. At nulla poena ædificatur ab ipsis Architectis: neque vilus est adhuc repertus tam cerebro vacuus, ut poenam à iudice repetitam appellari ipsius peccatoris opus. Ergo lignum, fœnum, stipula, non est poena cuiusquam.

XV. In Purgatorium autem non admitti quascunque culpas; ipsi probant aduersarii: qui tantum venialium docent. Et tamen etiam pro mortalibus Purgatoriorum esse habent pro certo; nimis illi; quorum culpa est condonata; poena autem notandum exsoluta. At Paulus, ut probatum fuit c. II. per lignum, fœnum, stipulam, significauit omne genus peccatorum; etiam quæ mortalia à Papistis nuncupantur. Quare certa res est: non posse hunc locum nisi absurdissime explicati de Purgatorio Papistico.

C A P. XV.

Pro suffragiis ex Veteri Testamento:

HAec tenus classes fuerunt argumentorum Papisticorum quatuor: à personis, ab animæ purgatione; à poenis post hanc vitam; à liberacione ab illis poenis. Nunc quinta lequitur, & maximi quidem ponderis: qua si nō cōtineant quod quartum, nihil sit quod posthac sibi sperent successurum. Ea est à suffragiis. Nam quia teste Altenstaig, *Theologi accipere solent suffragium, quo animabus in Purgatorio subveniuntur*: haud inanem visi sunt spē concipere; si probari esset aliqua suffragia; se eadem opera stabilituros suum Purgatorium. Quia, positus mediis ad finem, omnino etiam finem ipsum esse oportet in rerum natura. Esto igitur syllogismus. Si orandum est pro animabus defunctorum, ergo est Purgatorium. Antecedens probant, tum ex scriptura, tum ex Patribus.

II. Mibi disputatio erit gemina: una aduersus antecedens; ut probem, nulla scriptura autoritate doceri, orandum pro defunctis: altera aduersus consequentiam; in gratiam Patrum, quibus fuerunt huiusmodi preces frequentatae. Sed hanc, quia tota pertinet ad Patres, differri oportet ad id temporis, cum examinabitur integra Patrum doctrina de Purgatorio. In altero labore, secernam, ut prius, locos ex Veteri Testamento, atque eos nunc primum expediem.

III. Feuardentius. De Isaac, postquam triennium impendisset lugendo defunctam Sarum matrem suam, scribit Moses, Gen. 24. *Egressus est ad meditandum in agro*. Viri docti meditandi verbum accipiunt de precibus, quas pro salute defunctorum matris concipiebat. Nec est verisimile tali indole & virtute filium non fuisse memorem tam pia matris in suis ad Deum precibus. Caluinus autem, & Fagiis, & Munsterus, & Borrraus, & Geneuenfes agnouerunt eum esse precatum.

IV. Rism deprecat apud bonos viros: non enim mea conditio ita est, ut Sophistarum. Hi poterant abstineri nugis: mihi, si nō indicauero nugas; praesto est infortunium, ut defuisse videat instituto. Nihil ego quidē vidi iam dudum dignius cucullo, & quidem Franciscano. Nam, quid ille sibi primas arrogaret in Monachis, si nihil eximium in orbē induceret? Aut, quo lucello frontem tererer, si non pudorem extererer? Egregie sane Isaac rotū triennium impedit lugendæ matris. Quasi id, aut scriptura diceret, quisquam omnino autor idoneus: aut confirmaret eius téporis vñs. Sed ita sperauit subtiliter imposturum nobis *et riu' ou' d'or*. Quia certū luxisse matrē. Et certum, denatam hanc triennio antequam filius duceret vxorem. Sed non certum luxisse matrē, donec duceret vxorem. Verum, ad rem nostrā, Isaac precabatur in astro: ergo orabat pro anima defunctorum suæ matris. Simile: Non erat beata Virgo in cubiculo suo otiosa, cum salutata est ab Angelo. Ergo farciebat subduculas Franciscanorum. Itē. Marci. I. Christus abiit in desertū locum, & illuc precabatur: Ergo dicebat horas Virginis Mariae. Illustrum hanc concludendi formam, & frequentissimā, & facillimam, opinor laudauit Aristoteles, & signauit nomine *pprio τὸν εὐθεῖον*.

V. Sed enim miror totum seculis, tot viris doctis in iis verbis sudantibus, nunquam venisse in mentem, tam festiuum commentum: Nam, Pererius decem enumerat varias tententias, in quas istum est. Prima, inquit, Isaac in agrum, animi gratia, ad loquendum sive confabulandum: hanc fert translatione Aquila & Symmachi. Secunda, ad loquendum cū agricultis & operariis suis, de operibus rusticis & agrestibus: huc est Caietani. Tertia, ad exercendum se, corporalis aliquo exercitii genere, vel deambulando, vel currendo, vel saltando, vel iactu ponderi: hanc memorat, & improbat S. Augustinus. Quarta, ad orandum Deum: sic Paraphras Chaldaica, & S. Hieronymus. Quinta, ad abalienandum se, vel à curiis domesticis, vel per contemplationem à sensibus: hanc innuit Ambrosius. Sexta, ad meditandas res naturales, præserit vero motus & virtutes syderi: ut putant Hebrei, quos Lyranus, & Tostatus sequitur. Septima, ad studiose & delectabiliter cogitandum & meditandum, ut placet S. Augustino. Octaua, ad loquendum submissa voce, secumque sermocinandum, ut aliquid meditabundi ac mirabundi solent: sic Vatablus. Nona, ad res admodum grates, & serias cum animo suo reperandas ac periuolandas, ut eas postea condigne eloqui & agere possit: sic Hamerius. Posset his addi decima, quorundam interpretum, ad commemorationem qua eo die deliberauerat, dixerat, audiuerat, egerat. Has Pererius collegit. Cur omisit vndecimā Francisci Georgii, sect. 3. problem. 169. Cur Isaac suscep-
tus uxore suam Rebeccā, orauit? Non id fieri debuit in negotio tam ardito, quam est indissolubile vinculum matrimonii. Primo enim orandum est, ut occurrat illa, quam Deus ē celo tradidit: secundo, ut vir & uxor in illa eterna cohabitatione pacifice vivant: tertio, ut filii generetur grati Deo, in edificationem familie, & in parentum consolationem. An orando dispoluit se Isaac ut suscepere gratiā Spiritus sancti, quam videbat fulgere in Rebeccā? Adderem & duodecimā Lutheri, si Franciscanus esset proprius: egressum ad priuatum & arcanum colloquium, quale est cum duo deambulantes sermones conferunt.

VI. Visa sunt hæc omnia verisimilia; alia aliis, ut vix unquam sunt eadem omnium iudicia. Et sane quædam sunt, in quibus licet indulgere sibi quemque, dum aliis quoque meminerit eandem esse libertatem. Sed id

tum fit, quum in re nihil est momenti. Ast in controversia, & in maxima animorum contentione, alteram partem sibi id iuris sumere, ut pro arbitrio sumat, ponat quodcumque commodum occurrerit: id vero importunum est, immodestum, impudens: quanquam forrasse non alienum à cuculo.

VII. Optimam indolem in Isaaco agnoscent omnes, summam etiam virtutem: neque quisquam sanus immemorem dixerit pia matris: sed commendasse eam Deo suis precibus, hoc vero non diuinandum erat, sed probandum. Nos, qua pietate in matrem fuisse credimus, eadem persuasum fuisse scimus, in summa beatitudine tunc fuisse animam parentis iustificate per fidem: ac proinde in Deo quiescentis.

VIII. Ex Esaiæ 8. citant Feuardentius, & Peltanus: *Querite à Pythonibus, & à diuinis. Nunquid populus à Deo suo requiret visionem pro viuis & pro mortuis?* Vt terque tamen latens, sub clypeo Petri Cluniacensis: qui, in epistola contra Petrobrusianos, exposuit in hunc modum: *Vetus si diceret: Cum dixerint ad vos deceptores, ut ea que tantum à Deo requirenda sunt, querantur contra Deum à Pythonibus, & à diuinis, qui more talium in cantando strident, & sibilant, respondete, Nunquid non populus, hoc est, nunquid non hic mos est omnium populorum, ut à Deo suo quem colit, requirat ea, quæ querenda sunt, siue pro viuis, siue pro mortuis?* Et paulo post, *Nonne vides, quicunque hac legis. Prophetam Esaiam aperte predicare, Deum à populo suo requirendū, hoc est, consulendum esse, tam pro viuis, quam pro mortuis?* Quod si consulendum, si orandum est Deus, tam pro viuis, quam pro mortuis, quid respondent, qui dicunt, non esse orandum pro mortuis? Docetur ille populus, ut respondeat seductoribus, inquirendum, vel deprecandum Deum pro viuis, ac pro mortuis: & non docebitur populus Christianus, concilando esse hereticos, qui negant, Deum orandum pro mortuis?

IX. Verum, huius Petri maior fuit in declamando vehementia, quam in disputando iudicium; aut etiam eruditio. Imposturam partim passus est, partim fecit. Passus est ab interprete, quia expressit, quæ non legit, ut alias frequentissime. Hebraica sic habent, שְׁרֵי אֱלֹהִים בְּעַד חַחָם הַמְתִּים. Quorum est quidem syntaxis obscurior: sed profecto illud pro viuis, pro mortuis, alienum. Sanctus interpretatus est: *Nū populus à Deo suo requiret pro viuis à mortuis?* Tigurini: *Annon quaque gens suos Deos consulit?* Num pro viuis apud mortuos? Munsterus: *Nunquid non populus consulit Deos suos?* num pro viuis ad mortuos recurrentum? Iunius: *Num populus Deum suum consulturus est?* Pro viuentibus mortuos consulat? Nō potest saltum negari, eadem phrasa dictū *בְּעַד חַחָם הַמְתִּים*, qua prius dictū *בְּעַד אֱלֹהִים*. Cur ergo non redamus, à mortuis, itidem ut à Deo suo, siue à Diis suis?

X. Et vero ita est in editione Græca, οὐ τὸν θεόν αὐτοὺς τοιούτους; Quid requireti pro viuis à mortuis? Illustri sensu Procopius, δύλωσεν οὐτισμὸν τὴν τοποῦ ἀρισταῖον, διὸ τὸ καθόλον εἰσὶ οἱ οὐρανοί. Eius hoc est, quæ indignatur amentia eorum: quod is qui ratione præditus est, interrogat eum qui mutus sit. εἰ δὲ καρποὺς εἰς μετάλλους, λαγητοὺς καὶ θαρραιοὺς, ή τοιούτους οἱ οὐρανοὶ, τοιούτων τοιούτων. Si enim velorū acutum aedes, vel illustrationibus, aliisque huius generis utraris ut mortuo adisse scito. Basilius, Vt, quid procidis supplex Lapidis anima rationis impotis? Quaratione præditus es, quamobrem questionem propnis muto ac surdo? Profili, utique viuentis, salute vitam supplex exposcis ab eo, cui ne appetit quidem vita: qui vita minime fungitur: qui ne spirare etiam rūsum potest, est que exanimis? Cyrilus, Quem enim colorem rationis habet, pro his qui etiamnum viuant, homines in terra iacentes, vel animas quæ forte sunt apud inferos scisciri?

XI. Neque hoc non norat Cluniacensis: Subdit enim. Quod si dixerint in aliquibus exemplaribus, non haberi nunquid non populus à Deo suo requireti pro viuis ac mortuis: sed pro viuis à mortuis, hoc est, pro viuis hominibus à mortuis simulacris. Sic ille occupans obiectiōnem: Quomodo autem solvit? Mera pertinacia: & absurdā petitione principii: Dico, inquam, ad deridendas idololatrias hoc dictū fuisse: sed quod à Deo vero populus eius salutem vitiorū, seu mortuorum querere debeat, Prophetā sensisse. Quasi, quia hoc ipse sibi persuaserit, idem omnibus certum esse debeat. Tolerabilius editionem in dubium reuocabat, cum aut rari essent, aut nulli, qui fontes adire poterat: sed hodie mutata ratio est. Itaque, nos constantiam confidentiae opponentes, negamus Prophetā persualum fuisse, quaredam esse mortuorum salutem à Deo.

XII. Et hactenus imposturam patiebatur; sed faciebat etiam; quæ pro eodem sumi volebat, quæreare à Deo, siue consilere Deum; & deprecari Deum pro viuis & mortuis. Nam, certe γέροντες non ita sonat: sed inquisitionem eius rei, quæ quis scire velit. Itaque, inquirere pro mortuis, de illis diceretur, qui, quo in statu essent mortui, scire optarent, cuiusmodi curiositatis infinita sunt apud Papistas exempla. Et sic Lyranus interpretatus est, Quarite responsū de occulis & futuris. Tum autem, quis audiuīt viuantem gentes deprecatas esse idola pro salute mortuorum?

XIII. Peltanus, Turrianus, Feuardentius, ex Ecclesiastici 7. *Gratias datas* (sive dati δόματα) *in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. Dicant, inquit* Turrianus, *de qua gratia hic præcipie existimat, nisi de gratia dati?* Probat, quia proxime: Pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua. Item: *Gratia dati in conspectu omnis viuentis. Dari ergo aliquid potest mortuo, quod ei opus sit, & cum iuuet. Peltanus, Quid autem mortuis, præter suffragia, quod illis prospicit, impetriri possit, non video.*

XIV. Atqui Ecclesiasticus est Apocryphus: adeo ut si maxime disette que id ipsum diceret cum Papistis, non obtineret tamen in Ecclesia. Nam Apocrypha omnia ad fidem dogmatum faciendam non sunt idonea. Hoc primum.

XV. Deinde, abutuntur aduersarii sua quidlibet audendi licentia. Primum, cur volunt gratiam doni? Non enim expressit Ecclesiasticus. Imo expressit paulo ante. Fateor, inquam, paulo ante: sed cum egit de pauperibus, cuiusmodi nulli sunt mortui: expressit iterum, cum de viuentibus ageret. Ergone debuit, cum de mortuis? Monstrum iudicii. Bene Peltanus: *Tres hominum ordines, in quos benignos esse licet assignantur. Sed, ut omnibus iis ordinibus communis sit idem bovitatis genus, quis iussit?* Nam, si nemo præter Peltanum, Turrianum, Feuardentium, ignorat, non admittimus. Nullum illi regnum obtinent. Nobis viuum potius tribus generibus triplicem phrasim assignatam. Pauperibus porrige manum; tandem indigentibus ope nostra. *Quibuslibet viuentibus δέσμα;* quod non tantum

*Interpretes docuerunt posse hunc loco commendari et
rantum opis est, sed etiam amoris; ita etiam non indigentibus coin-
mune. Mortuis gratia, quæ est ad dona porrigit se; tamen etiam absque do-
nis sit.*

XVI. Itaque, Interpretes docuerunt posse hoc loco commendari et iam ea: quæ doni nomine hactenus nemo significauit. Ianuenius, præter preces, quas, ut Papista noluit omissas, sepulturam, superstitionem adeos pertinientium consolationem, defensionem famæ, nominisque honorem. Tot modis satisficeri cum possit præcepto Ecclesiastici; cur necessario volunt nos precibus adstringere?

XVII. Nihil hæc mortuis prosunt. Fateor. tursus hæc importuna tyrannis est; nullam gratiam admittere, nisi quæ mortuis proficit. Atqui id Ecclesiasticus nullus dixit: sed imaginati sunt improbi somniatores, qui somnia sua habent pro totidem oraculis. Sed nos Deus liberauit ab his inclementibus dominis. Est vero præceptum vniuersale, quo admone- mur, ne quos amauimus viuos, eorum obliuiscamur mortuorum. Itaque non est deneganda gratia nostra, Abrahamo, Davio, Petro, Paulo, Virginis Maria, quibus tamen prodere nemo potest. Itaque nihil est, quo suffra- glia fulciantur.

XVII. Ex Tobiae quarto, non illi tantum ducunt argumentum, sed etiam Bellarminus, Salmero, Arboreus, Thyreus, alii: Panem, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue: & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Certum est, inquit Pelanus, Tebiām patrem iustorum spirituum causam serio Tobiae filio commendare: Salmero: Quis hic non videat, ad eleemosynam adhortari Spiritum Sanctum in salutem iusti sepulti? Nec enim verisimile, Tebiām existimasse mortuos indigere cibo, aut potu, more Gentilium. Thyraeus: Frustra, si defunctū non iuuant: si vero iuuant, nec felix est qui nullius egeat, nec desperata salutis, ut iuuari non possit: alicubi igitur (hoc Purgatorium vocamus) patitur, unde liberati potest. Bellarminus: Huius loci non potest esse alius sensus, quam is, quem communiter expositorēs tradunt. Instrue conuiuum, & voca fideles pauperes, ut ipsi post acceptam eleemosynam orēt pro anima defuncti.

XIX. Respondeo; primo, librum esse Apocryphum: itaque, non esse ullam hic exhortationem Spiritus Sancti, ut supposuit Salmero, sed admonitionem humani ingenii; non pieratis regulam; sed ipsam iudicandam expietatis regula. Itaque, et si profecto nesciam, quid ille moris habuerit in animo, quod varie variis coniciunt; tamen scio tam facile hic humandum quid passum, quam alibi, quem iussit ad operi intestina piscis ad fundandum dæmonem.

XX. Secundo : sola est Sophistarum audacia , vnde momentum accrescit argumento . Certum est , inquit ille , commendari causam iustorum spirituum . Alter ; quis non videat eleemosynam in salutem iusti sepulti ? Terius : Non potest esse alius sensus . At vos , o qui qui estis , quid argumentis querendis opus est insudare , si vultis *διαγνωσθειν* fidem haberi . Atqui eadem presumptio debuit persuadere , tam facile vobis iri creditum , suffragia esse denuntiantibus , quam interprantibus in eam partem Tobiae panem & vinum . Aut , si vos propria conscientia continuit , ne tanquam magistri noui positam controversiam decideretis solo flatu , cur non persuasit , ridiculos fore , cum ausi estis sperare , neminem inquisitum in vestram interpretationem ?

XI. Sed, non putauit Tobias mortuos indigere cibo & potu. Concedo, inquam: et si meritus est, ut etiam absurdiora de eo probabilia sint, qui potius eredere, incensis intestinis pisces fugari dæmonem in loca deserta. Sed, quid si non putauit? Ergone statim speratis concedendum, indici coniuia, ad orandum pro anima defuncta? aut fructu fieri, si defunctum non iuuent? Tantus scilicet vester est, in disputando, pudor tanta, in afferendo, religio, ut nemini debeat esse suspecti: & quicquid effutire placuerit, omnes etiam admirabundi excipiunt. Enimvero, quia verisimilitudine pugnatis; patimini & nos verisimilitudine nitit. Nam, nos quidem non magis verisimile existimamus, non credidisse Tobiam mortuis necessarios esse cibos, quam iustorum animabus preces pro salute. Itaque, si facta sunt coniuia, pro certo habemus, fuisse inter bene doctos, solatia viuorum, non adiumenta mortuorum. Argumentum est, quod facta sint in gratiam iustorum: quo nomine, cur eos comprehendas tantum, qui nondum sint purgati, & non etiam eos quos soleris Santos appellare? Et pro quorum animabus preces vix distinguitis a crimine? Certe vehemens nostra hæc est conjectura. Constituit panis & vinum super sepultura iusti, id est sancti cuiuslibet. At nemo sanctus indigerat cibo, aut precibus: Ergo, quæ ratio efficit id non fieri, ad cibas mortuos: eadem concludit, ne ad precandum quidem pro mortuis.

XXII. Feuardentius. Ruth 1. Noemi sanctissima matrona, sic natus suas super defunctis maritis earum alloquitur: *Faciat vobis Dominus gratiam, & misericordiam, quemadmodum fecisti cum mortuis.* Si addidisset, cum adhuc viuerent, & vigerent, locus nihil faceret ad curam pro mortuis agendam: sed cum laudatur earum pietas erga mortuos, omnia simul officia comprehenduntur: quod scilicet & corpora honeste sepelienta curarint, & eorum memoriam luctu, ac ieiuniis condecorant, & precatæ sint pro animarum salutे.

XXIII. Mirum, plus vnum sapere Franciscanum omnibus interpretibus. Soli enim huic venit hoc in mentem argumentum ab omni aeo. Vah; quantum est in cucullo mysterii! Sed vide. Si additum esset, cum viuerent, nihil ad curam pro mortuis. Recte. At non additum, Vere. Ergo pertinet ad curam pro mortuis. Nego consequiam. Nam, quid tum si non est additum: & à te potius interprete, quum legis, relictum intelligendum? Sed nimurum, Sophistæ in disputando, merum imperium obtinent. Quæ sibi non commoda sunt vetant subintelligi: quæ autem commoda, prorsus iubent. Nam, in precedentis argumento, si cum legis, sepulturam inisti, addas, nullius peccati reum, quia nocebit precibus pro detuncis: non quantum extirrationum in mundo, persuadebit addendum: sed si suppleas, alicuius peccati venialis reum; vel alicuius saltē fatisfactionis nihil commodius Purgatorio: itaque, quicquid obicias, ramen & addi iubebunt; & addito tam secure vti, quam si totidem literis sit scriptum.

XXIV. Sed esto tamen: ne subaudiamus id, quod importunum est
Franciscanis: & ponamus ita scriptum, *Fecisti gratiam cum mortuis post-*
Tom. III.

quam mortui sunt. Quid tum? Omnia, inquit, officia comprehenduntur. Quænam, inquam? Quicquid ex cogitare quicquam potuerit Cucullio? Exempli gratia, adorare mortuos? Nam, hoc quidem inter officia mortuorum saltem quotundam Cuculliones numerantur; Credimusne ergo sanctissimam illam matronam significasse, adoratos ab iis uxoribus eos maritos? Si neges Cucullio, negas ergo omnia officia comprehendendi. Sin alteras, vide quid agas: nam, adorari eos qui non sunt in celis, tu concedes esse piaculum: & non esse in celis eos, pro quorum animabus preces concipiuntur, non negabis. Quid ergo? Nimirum, somnium id tuum est: si gratiam fecerint cum mortuis: ergo omnia officia exhibita esse, officia esse volueris, id est, oratum fuisse pro eorum animabus.

XV. Argumentantur etiam à funeribus: in quibus erant prolixæ ieiunia, inquit Peltanus, diuturnæque inediae. Primi Samuelis 31. *Cum audissent habitatores Iabes Galaad, quacunque fecerant Philistini Saul: surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadavera Saul, & cadavera filiorum eius de muro Betsan: veneruntque viri Iabes Galaad, & combusserunt ex igni: & tulerunt ossa eorum & sepelierunt in nemore Iabes, & iejunauerunt septem diebus.* Liber. 2. c. 1. Apprehendens David vestimenta sua, scidit, omneque viri qui erant cum eo: *Et planixerunt, & fleuerunt, & iejunauerunt super Saul & super Ionatan filium eius, & super populum Domini, & super dominum Israël, eo quod corrupperint gladio.* Et c. 3. luctu & iejunatum est a Dauide, & suis super morte Abner, filii Ner. Hinc Bellarminus us: Quatnuit hæc videbantur fieri in signum doloris, & tristitiae: tamen credibile est præcipue facta esse ad iuandas animas defunctorum, teste Beda. Id quod colligitur ex duobus. Primo, quod dirationabile fuisse, in signum doloris, se prem dies iejunare. Secundo, quod Dauid, 2. Sam. 12. iejunariet, & orari pro filio suo infantulo, dum ægrotaret: postea vero quando audiuit esse mortuum non amplius iejunavit, quo facto ostendit, se iejunare solitum, ut aliquid à Deo impetraret: ideo enim pro morte pueri non iejunavit, quia sciebat non esse redditum, & propterea suffragiis non egere.

*XXVI. Credibile est: En tibi momentum demonstrationum Iesuiticarum. Et credibile, quia unus Beda cōiecit: Ita, nisi Beda somniasceret, ignoraremus omnes veram causam luctus Veterum in funeribus. Sed nobis id ipsum non est credibile: quod tam paucis visum, tam postemus somnatum. Quin habemus pro certo, quicquid id erat ieiuniorū inedia quæ lög alium finē habuisse prōpositum. Petrus Martyr: *Ieiunium faciebat ad celebrandum luctum. Lugebant autem in illo funere, vel damnum suum, quod eripptus esset Reip. preclarus vir, vel commune peccatum, vel iram Dei.* Qui vero ita sunt affecti, non possunt vacare delictis. Ita amici Iobi, cum animaduiceret tantam eius calamitatem, ieiunauerunt septem dies. Verisimile autem est Iaben esse luxisse communem calamitatem Reip. & addidisse communes preces, quæ ieiunda, junt ieiunio. Nec Martyri soli ita visum. Concurrunt ali. Lyranus: *In signum tristitia pro morte Saul & filiorum eius.* Hugo Cardinalis: *Septem diebus. Ecclesiastici 22. Luctus mortui septem dies: fatus autem & impit omnes dies vita illorum.* Sa: *Ieiunauerunt, scilicet in signum modestia.* Et vero, quid opus est conjecturas multiplicate? Legimus enim difterre: *Planixerunt & fleuerunt & ieiunauerunt usque ad vesperam super Saul, & super Ionatanum filium eius, & super populum Domini, & super domum Israhel, eo quod corruissent gladio.* Quid opus erat, hac causa redditia, si non esset ieiunium nisi suffragi causa? An quia ad suffragia confert aliquid gladius, siue genus mortis? Nam, conferre ad luctum, quis neget?*

XXVI. Nec dissimilis causa Davidi in morte Abner: et si peculiari circumstantia ad vitandam suspicionem, ne esset conscius eius cædis: unde de extra ordinem iurandum, Cumque venisset universa multitudo cibum capere cum David, clara adhuc die, iuravit David dicens: Hæc faciat mihi Deus, Et hoc addat, si ante occasionem solis gustauerit panem, vel aliud quicquam Lyranus adnotauit: Ad maiorem declarationem sua innocentis circa mortem Abner. Nam & Rabbi Levi ben Gerlom: Geminan ob causam. Vnam, quia grauis ei cades erat Abner, qui princeps erat, Et unus in Israël: præterea, in fædere cum eo. Altera, ut certus esset Iacob non fuisse complicitus.

XXVIII. Sed irrationalib[us] fuisse, ieiunare septem dies in signum doloris. Quis edixit? Bellarminus præturnam, opinor, gerens. Quanquam in signum doloris, non dicimus, sed in luctu: cui septem dies atque agnos ha-ber, Ecclesiastici 22. Luctus mortui septem dies. Vere enim luctus erat; non sola significatio luctus: quam usurpant solentes hypocritæ.

XIX. Sed Dáuid ieiunauit ante mortem infantuli, non vero postea. Ita est, inquam. Sed præter morem: & mirantibus cunctis, atque adeo causam sciscitantibus: Quid est sermo quem fecisti propter infantem? Dum enim adhuc visueret ieiunasti, & flebas: mortuo autem pueru surrexisti & comedisti panem. Quæ enim fuisset inquisitionis causa, si pro more faceret? Nempe, ita est. Non solebant ieiunare nisi in luctu: Et, quia lugeri solent mortui, non ante exhalatam animam: ideo mirum fuit, Dáuidem præposterasse ieiunii ordinem. Atqui, ab uno factò extraordìnario, non potest esse legitima consequentia. Quid? quod ab hoc ipso exemplo docemur efficacissime, non esse orandum pro mortuis? Nam alioquin ora esset Dáuid pro infantulo, post exhalatam animam: maxime cum videret, se non fuisset exauditus. Quid enim inde timeret non potuit? Itaque documentum nobis dedit illustre, orare posse alios pro aliis, dum anima residet in corpore: sed deinceps quiescendum & acquiescendum diuino decreto.

XXX. Nouum argumentum est à sepultura Patriarcharum ex Genes. 47. & 49. Peltanus. Patriarchæ quoque, & alii quidem illustris sanctitatis viri, nulla alia de causa adeo anxie, ne inter infideles sepelirentur, (Bellarminus, ut in terra promissionis) curasse existimandi sunt, quam ne procul à suorum oculis positi, solitis suffragiis destituerentur. Si quidem suffragiis exclusis, patum admodum referre videtur in Ægyptone sepeliare, an in Palæstina, Romæ an Augustæ.

XX XI. En rursus, Existimandi sunt: ut rursus à fide de Peltani, Bellarminique pendeat vis argumenti. Enim vero nisi Peltanus, Bellarmine quisque esset nugati, periculum erat ne à Diogene non didicissent Patriarchas, nihil interesse humine an sublime putrescerent. Et vide quam confidenter, nulla alia de causa, inquit, Peltanus: factum male, cum tam sero Jesuita instituit Loiolas. Nam, quotquot prius extiterant interpres, oportuit talpas fuisse, qui hanc causam nulli viderint. Vnum superest, orrandum

Iesuitis; ne sint vlli, qui malint cum Veteribus imperiti esse, quam cum nouis Iesuitis eruditionis famam affectare.

XXXII. Sed enim, nulla, inquit, alia de causa: Falsum, nisi Theodoretus falsus; quæst. in Gen. 107. Διάτοι Ιακὼν τὸ σώμα αὐτὸς εἰς τὴν Χερσόνησον πέφυκε: Οὐ φέρεται πολὺς ἀπὸ τῆς ὑπαίθρου, ἀλλὰ τὸ γῆρας ψυχαγόνον καὶ διδοκεῖς ἄποινες αὐτὸς ὁ διπότες Θεὸς μετεπέστερος τούτῳ, νῦν τετραγενελιθίους αὐτοῖς δεδόθει γένος: Quare Iacob sepelire mandauit corpus suum in Hebron? Non quod de sepultura valde sollicitus esset, ut quidam putarunt: sed ut familiam suam consolaretur, & doceret, Dominum Deum traducturum illos omnes ex Aegypto, & daturum illis terram promissam. Et satisfecit hæc Calvinio ratio: Cadaver suum in terram Canaan referri iubens, filios ad spem liberationis hortatus est. Ita factum est, ut mortuus, quasi tuba clangore viuos & superstites animauerit, Quorsum enim tendebat tanta sepulcri cura, nisi ut apud posteros rata esset Dei promissio? En tibi Calvinum, magnum illum scilicet nouatorem, acquiescentem Veterib. is. En tibi contra magnos istos Veteratores Iesuitas cornicium oculos fodientes.

XXXIII. Aliam vidit Alcuinus : sed allegoricam : quæst. in Genes. 276. *Cadaueribus mortuorum peccata significari in lege non est dubium : Sepulcra ergo mortuorum remissionem significat peccatorum. Vbi ergo sepelienda erant hæc significantia cadavera Patriarcharū, nisi in ea terra ubi ille crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio peccatorum?* Alcuinum sequutus est autor historiæ Ecclesiastice Comes, in Genes. 47. *Cura fuit Sanctis sepeliri in terra, qua sciebant Christum resurrectum, ut cum eo resurgerent. Et hanc causam valde probauit Lutherus: Altera causa est, inquit, in c. 49. quod certo persuasum habeo, suis Patres ipsos, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, de numero eorum, qui una cum Christo redierunt in vitam. Ideo tam diligenter mandat se humari, & condic in monumento illorum.*

XXXV. Tertiam Oleaster explicuit, referente Perterio in 47. & probante: Placeat mihi, quod super hoc loco adnotauit Oleaster: quod propriis eius verbis hic ponam. Dulcis est, inquit, adeo patris amor, ut non solum viui eam desideremus, verum etiam mortui non nisi in ea quodammodo requiescere nos possemus. Quod si altius rem hanc cogitatione repeatas, hinc cognoscetis quanti sit sollicitus, animam esse in inferorum & beatorum societate, cum eis mortuis secundum corpus sociari, tantopere ab iis viris desideretur. Nec Lyranus ἀριθμός, à quo haec quarta est: In terra promissionis, in qua erant sepulti Abraham & Isaac: & non solum propter illos desiderabat ibi sepeliri: sed principaliter propter redemtionem generis humani fidem per Christum ibi, qui in illa terra natus, & conuersatus, & sepultus: & ibidem resurrexit, & inde ad cælum ascendit: de quibus Iacob habuit fidem & notitiam aliquam: & forsitan videbat in spiritu, quod cum Christo resurgentem resuergent multi Sancti iam defuncti.

XXXV. Mitto allegoriam Augustini. In Pererio deflino, qui & veter-
tor, & Iesuita. Is in 49.c. Genet. quinq; causas collegit omnes, tum quas
diximus, tum alias: in quibus nusquam hæc suffragia sunt Peltani, Bellar-
minique: Multas, inquit, licet eius rei causas, si quis inuestiget solerter, innen-
re. Ut necesse sit mentitum esse Peltanum, qui, nefcio quam solerter, certe
prefraude, nullā aliam esse pronuntiauit præter suffragia: Principio, inquit,
cupiebant illi corpora sua esse in ea terra, quā posteros suos sciebant possessuros, &
longissimo tempore habitatores, in qua sola omnium terrarum orbis, verus Deus,
quem ipsi coluerant, publica & sincera religione coleretur. Deinde, ut eorum se-
pulcra omnibus posteris essent fidei & pietatis, quam ipsi erga Deum habuerant,
& professi fuerant, clarissima monumenta, & ad easdem virtutes maiorum suorum
amplectendas & profitandas acerrima incitamenta. Ad hac, ut essent diui-
narum promissionum, quas Deus ipsis, & posteritati eorum dederat, testimonia:
afficientes enim horum Patriarcharum secula in terra Canaan, quam posside-
bant, Iudæi liquido cernebant, quam abunde & cumulate promissa Dei Patriar-
chis data de possessione terra Canaan tradenda eorum posteris, in ipsis essent com-
pleta. Nec illud non flagrantissimum eius rei cupiditatem in animis eorum exci-
tabat, quod propheticò Spiritu, quinque impletū nonerant in ea terra Messia na-
sciturum. Accedebat & ille simul (si verum est, quod refert Toftatus) illos ce-
lebres Patriarchas non latuisse, resurgente Christo Domino post triduum sue mor-
tis ad vitam immortalem, una quoque multos de sanctis viris inibi sepulcros cum
eo resurrecturos, de quo numero se futuros esse sperabant. Quid plura? ad
hanc terram Deus Abraham auocauerat, posthabito natali solo, omnique cognatione
sua derelicta: hanc terram ex omnibus mundi terris delegerat, quam da-
ret possidendum populo suo, quem, ut filium primogenitum diligebat: hanc deni-
que postea magnis sepe laudibus commendauerat.

C A P. X VI.

De Iude Maccabæi oblatione.

I. Sed haec argumenta ludicra erant, praeuit est nunc examinandum, ex 2. Maccabœor. 12. quod nemo omisit, & plerique primo statim loco posuerunt. Sequenti die venit cum suis Iudas, ut corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus ponebat in sepulcris paternis. Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donariis dolorum, qua apud Iamnia fuerunt, à quibus lex prohibet Iudeos. Omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse. Omnes ergo benedixerunt iu-

stū iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta. Atque ita ad preces cōuersti, rogauerūt ut id, quod factū fuerat delictū, oblitio[n]i iraderetur. At vero fortissimus Iudas hortabatur populu[m] conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta fuerant pro peccatis eorum, qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium: bene & religiose de resurrectione cogitans (nisi enim eos, qui ceciderāt, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro morib[us]) & quia considerabat, quod hi cum pietate dormitionem accepérant, optimam habent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris cogitatio est pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur.

II. Ab hoc loco alii aliis diligentius consequentia eduxerunt. Thyr̄cus omnia: *Ex hoc, inquit, loco, complura obseruatione digna colliguntur.* Primo, esse post hanc vitam quendam purgatorium locum, ubi anime defunctorum expiamur, distinctum ab inferno, ubi nulla redemptio, & à cælo, ubi nulla misericordia. Secundo, non expiari semper in morte, & cum morte omnes peccatorum reliquias: sed quasdam quandoque relinquiri in futura vita expiandas. Tertio, quibus rebus innuentur anima: oratione scilicet & sacrificio: sub quibus alia his similiis pietatis officia continentur. Quarto, quibusnam defunctorum spiritibus pro sint vinarum suffragia: iis nimurum, quos morali conjectura cum pietate dormitionem acceptisse constat. Quinto, posse hominem pie & sancte mori, & tamen habere debitum aliquod soluendum. Sexto, parenti consuetudinem non esse rem nouam. Septimo, non esse rem quæstus, aut alterius cuiusquam causa in institutum. Octauo, esse de fide cogitationem, qua & corde creditimus, & opere testatum facimus, suffragia, qua pro defunctis sunt, defunctorum spiritibus prodesse, esse salubrem & scandā. Nono, aduersariorum doctrinam huic doctrine insultantem, & cum insigni impietate, & cum animarum pernicie esse coniunctam, adeoque hereticam.

III. Nihil est difficile, vno supposito absurdō, ~~ut~~ & ~~in~~ ~~ea~~ perpetua serie similia superstruere. Verum, ita intererat aduersariorum; vt primum & lūculentissimum (sic enim habent persuasum) suæ sententiæ firmamentū, non obiter percurrire: sed cum pompa & magnificētia ostentare. Et vero concedendum est aliquid impotenti vanitati; quæ, vt se se ostentaret capitum multitudine, pro parallelis posuit, quæ tamen ~~in~~ ~~in~~ ~~in~~ sunt potius aliis iudicibus. Nam Bellarminus, *Hinc sequitur*, inquit, *posse mortuos post hanc vitam à peccatis solui, & proinde esse Purgatorium.* Stapletonus similiter. Unde constat, Purgatorium non ab ipso loco erui directe: sed ab iis quæ sunt: imo quæ existimantur esse in textu.

IV. Ego ante omnia respondeo, quod omnes Catholici responderunt; librum esse Apocryphū: ideoque, quicquid tandem siue exprimat, siue cōcludendū relinquit; tamen nullam sufficere idoneam vllijs dogmatis probationē. Indignantur hic, fremuntq; Papistæ: & magno conatu cōtra fatigant autoritatē canonicam his scriptiunculis asserere: nec tantum in qui seorsim hanc tractarunt de Purgatorio q̄estione, sed etiā Bellarminus; qui, et si ex instituto proprio prolixe tempus in eo luferat r̄om. i. controuer. i. tamen hac occasione actum agere non deditigratus est. Per me quidem liberum esto otiosis eandem telam retexere: sed non obtinebunt, quicunque tandem sint, aut quoconque numero, vt perteram, quæ plene demonstrata mihi sunt: maxime, cum nihil hic prorsus habeant, quam quod olim: nullo nisi breuitatis & prolitatis discrimine. Quod igitur obtinui, certum est constanter tenere. Liber est Apocryphus. Audiant omnes, quantumvis intuiti: liber est Apocryphus: nec poterit ei quantum est, fuit, erit Tridentinorum Paternorum, Loiolitarum discipulorum, reliquorumque Papistarum, autoritatem vindicare canonicam. *

V. Post hæc, factum distinguo Iudæ, ab historici iudicio, siue is Iason fuit Cyrenæus, siue Iasonis breuiator. Factum ita est. Comperto eos mili-tes, qui in prælio erant casí, pollutos fuisse donariis idolorū; agnoscit Dei iudicium: hortatur reliquos, ut se puros præstent à peccato: mittit Hiero-solyma bis mille drachmas, (Græce enim is numerus est: Latine duodecies mille: utrum verius?) ad sacrificium pro peccato.

V. I. Sunt qui Latinum Interpretem grauitate accusent, quod dixerit *pro peccatis mortuorum*: contra fidem omnium codicum Græcorum: qui constanter legunt, *ad Casas eis cœli aperteas doolas*, ad offerendum pro peccato sacrificium. Et sane optandum erat, ut continuisset se intra eos limites. Sed ego tamen nihil video tanti. Nam omnino id peccatum erat eorum qui defecserant, non autem eorum qui supererant, si qua fides historia, à qua sola id habemus narratum. *Cio* cam additionem non nihil animorum Papistis addere: sed ne si abeset quidem, non sui essent similes Sophistæ, ac si non à verbo, certe à re ipsâ, essent impotruni. Itaque, hac sane causa à me quidem illis alta pax esto: cæteri viderint, quanti sua interst, de hac vnicâ voce disputare: neque enim cuiquam præiudicium facere aut velim, aut possim: quæ mea tenuitas est.

VII. Iudicij alia ratio est. Diserte enim id sacrificium autor interpretatur factū pro mortuis, ut eis remitteretur peccatum: Nisi eos qui reciderant, resurrectos speraret, superfluum videretur, & vanum orare per mortuis. καὶ ληρώδες οὐτέ εὐχαριστίαν σχεδεῖ: Pro defunctis orare, ut à peccatis solvatur. οὐδὲ τε πεντούσι τὸν ἐξιλασμὸν ἐπειν Colos 2 αἰματικὰ δὲ αὐθόνει. Et id factū, ira conceptū, laudibus extollit πάνι καὶ λόγοις καὶ εἰς τρέπεται, οὐτέ αὐτοὺς λαλεῖσθε, Bene & religiose de resurrectione cogitās: οὐταντεῖς οὐτοις: Sancta & salubris est cogitatio. In quibus est quidē nō nihil discriminis inter Græcum textū, & Latinū in interpretē sed id alii viderint: mīhi non est tanti.

VIII. Sed eius neque laudes debent nos mouere, & absurdia interpretatione contemnenda est. Nam hominis iudicium apocryphi, quanti sit in Ecclesia, pridē est praejudicatum: sed & huius experimento consistit esse peruersum; qui c. 14. Razia morte non retulerit tantū historicā fidē (si tamen historicā) sed etiam encomiastica vanitate laudarit: εἰδὼς διὸν δενδρον, ἥπερ τούς αἴτηντοι ταρκητείον θεῖσθαι, καὶ τίδιον εἰδόντας ἀράχιον ὑβριστήσας: Eligens nobiliter mori, potius quam subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi. Quod nunquā vir quicquam pius fecit: nunquā facere potuit: quem tam rigide prohibitum sit homicidium. Itaque, semper se pī permisérunt voluntati diuinæ: neque vanquam τὸ αἴτηντοι τούς ὕβρεις hoc sibi modo vitandas putarunt. Hoc facere debuit, inquit Augustinus; cap. 23 contra Gaudent. 2. Quod leguntur septem illi fratres, etiam exhortante matre, fecisse, ut comprehenserit, & à lege Domini sui non atersitus, omne quod ei applicatū esset acciperet, & in dolore iusticeret, & in humilitate sua patientiā haberet: quo, circa humilitatem inter manus inimicorum non valens ferre, nō plane sapientia, sed insipientia dedit exemplum.

IX. Nam

IX. Nam quod hic repetunt ex Augustino, contra Epistol. Gauden. lib. 2. c. 23, laudari Raziam, quod fortiter & viriliter egerit, non quod pie & sancte: vel certe habuisse peculiarem inspirationem, & praeceptum Dei, ut hoc faceret, sicut Samsonem, teste Augustino, c. 21, de Ciuitate Dei 1. vtrumque est nihil.

X. Augustinus deceptus est Latinis vocibus, nobiliter, & contra natales suos: pro Græcis, οὐδέποτε: & τοῦ ιδίας δύναμις αράζιος; quæ debuerunt reddi potius generose, & contra propriam generositatem. Nam, et si verum, τοῦ οὐδέποτε & generositatem denotare, quæ virtus est; & generis nobilitatem: tamen hoc loco illam potius oportuit cogitatam: neque enim Razias laudatus usquam appareret ex genere, sed ex propriis dotibus animi. τοῦ δέ ipso Σολομων περιβοτέρων, απε φιλοσοφίης, καὶ σφόδρα καλῶς ἀκεψε, ηγετῶν δύναμις τατῆς θεοῦ οὐδεποτεν: Quidam de Senioribus ab Hierosolymis, vivi amator ciuitatis, & bene audiens, qui, pro affectu pater Iudeorum appellabatur. Tum autem in Scripturis vix aliter nominatur, Ecclesiastis 7. οὐκέφαντα φέρει τοφόν, καὶ δοπλύ τὸν καρδιαν δύναται: Calumna constibat sapientem, & perdet robur cordis eius. Sap. 8. δύναται δύνασθαι: Generositatem illius glorificat. Act. 17. ἔγινε ἡ Καρπούσεια τοῦ Θεοτοκοῦ, Fuerunt autem isti generosores iis, qui erant Thessalonica. Quin vero, ut nobilitas generis possit dici ιδία τυχεῖται: certe, ut demus posse, tamen αἱ γυναικεῖαι multo indigniores existimantur generositatem animi, quam nobilitate generis. Itaque non dubito in isto laudatam animi virtutem, quam pius aliquis desperationem potius diceret.

XI. De inspiratione diuina, quis autor est? Nam Augustinus Samsoni latenter a Spiritu imperatum dixit, nunquam Razia. Quis autem Bellarminus est, cuius iussu Spiritus inspirationes agnosceremus? Neque valer exemplum, in re mirum in modum dissimili. Nam Razias moriturus nemini vilis erat, aut priuatim, aut publice. Itaque primo, proprie & per se cogitauit sibi necem inferre, hacten aliter ac Cato Uticensis, vel Nero. At Samson Reip. proderat: & satisfaciebat vocationi suæ: tum autem mortem suam non quærebatur: sed cædem hostiū: occidit ergo se per accidentem: quemadmodum occidunt se quotidie milites pro patria pugnantes, cum ad prælium animose currunt, ubi intereant. Atqui solet quidem Spiritus hanc generositatem inspirare viris fortibus: sed illam temeritatem, sui occidendi, nunquam: quia peccata nunquam inspitar. Adde, nunquam laudari, quod seipsum occiderit. Simile ergo Bellarmini iudicium est laudantis Raziam exemplo Sampsonis, eorum iudicio, qui Regum nostrorum cædem suaserunt exemplo Ahod: ut est impietas ingeniosa.

XII. Quod si laudes suspectæ, interpretatio facti putida est. Misit bis mille drachmas in sacrificium pro peccato. Fieri potest. Sed, ut remitteretur mortuis, fungum esse oportet, si quis sibi persuaderi sinat. Enimvero, siue Iudam, siue Iasonem, oportet alterutrum fuisse, aut imperium legis diuinæ, aut impium. Quorum neutrum de Iuda, facile sibi quisquam sanus persuadebit. De Iasonē vel libet statuunto aduersari. Enimvero, si peritus legis Iudas, sciuī & nullum eiusmodi sacrificium institutum in lege: & prohibitum ne quid Domino fieret, prætermittenda. Si fuit pius: ergo continentse intra legis cancellos: id est, nullum sacrificium pro mortuis obulit.

XIII. Pro quibus ergo? Pro viuis, inquam: iis qui non ceciderant in eo prælio: uti hoc ipsum peccatum ne imputaretur, quod erat commissum ab iis qui ceciderant. Nam, quis nesciret imputari toti populo peccata interdum particulat: ea maxime quæ accident, in actionibus publicis? Capitur vrbs Ierico, prius deuota: Achan in eo excidio priuatum subducit sibi pallium Babylonicum. Audi, Iosie 7. Prevaricati sunt filii Israel prevaricationem in anathemate: tulit namque Achan filius Carmi, filii Zabdi, filii Zechar, de tribu Iuda, de anathemate: & accensus est furor Domini contra filios Israel. Quod si populo imputantur: ergo eidem remitti possunt. Vnde necessaria consequentia, precati posse, sacrificari posse, pro populo: etiam cum peccatum est non omnium, sed quorundam. Cur non hoc facilius fuit Iasoni venire in mentem, tam molliter è Scripturis deductum: quam illud de mortuis, præter omnem scripturam somniatum?

XIV. Feuardentius, Iudas habuit verbum Dei: primo, quia per Danielē erat prædictum, ipsum restituturum religionem Hebræorū, apud quos ab omni euo ieiunia, preces, elemosynæ, & oblationes, fiebant pro salute defunctorum. Secundo, quia secutus est traditionem Patriarcharum, Prophetarum, Pontificum, Regum, moremque veteris Hebræorum Ecclesie: qui omnes pro defunctis orarunt. Tertio, quia secutus est expressa illa verba & mandata Dei, in Leuitico tot genera præcipientis Sacrificiorum, quæ tam pro defunctis, quam viuentibus, offerebantur, ac utrūque plurimum proficiebant.

XV. Sed hæc Feuardentium olearunt, temerarium Cucullionem, quæ nihil pudeat. Reliqui enim nulli, quos quidē videbim, ausi sunt iactare quicquā simile. Prædictus Daniel liberationem futuram Iudæis: & hæc illis obtigit per Iudam Maccabæum: sed ille nunquam prædictit, Iudam oblaturum Sacrificia pro mortuis. Imo, si prædictit restituturum Iudæorum religionem, profecto prædictit nō oblaturum pro mortuis: quia ea religio nullas agnoscet oblationes pro mortuis. Quemadmodum prædictit eo ipso, nō adoraturum imaginem Antiochi, aut non esitaturum suillam. Breuiter, religionem Hebræorum, traditionem Patriarcharum, genera sacrificiorum pro mortuis, commenta sunt Feuardentii, indigna quibus examinandis diutius bonas horas impendamus.

XVI. Non tantum Iasonis sinistrum iudicium fuit, sed ne nostris quidem Papistis mens sana: qui ex eo preces pro mortuis, atque adeo suum Purgatorium, eliciant: qui tamen docent, nullum esse Purgatorium, nullam post obitum propitiationem in pro peccato mortali, cuius non sit condonata culpa dum vita supppereret. Quod si est, tum profecto αἰτούσθιον est exemplum. Nam hi omnes milites, pro quibus Iason ille suspicatus est factam propitiationem, in peccato mortali sunt mortui: si qua fides ipsi Iasoni. Tum enim eas, cum polluti donariis Idolorum. Nam post diutie quam occidissent, qui eorum venerant cadavera ablaturi, εὐορκεῖσθαι τοῖς θεοῖς ιστορεῖσθαι τοῖς ιεραῖς ιδαῖς, αὐτοῖς οὖσαῖς τοῖς ιεραῖς. Inveniuntur sub tunicis interfectorum de donariis idolorum, que apud Ianniam fuerunt.

XVII. Vnde nouum argumentum contra Iasonem, qui hos tales nu-

Tom. III.

mérēt in mortuis cuiti pietate: ιματίστοις τοῖς μετ' εὐστούσιας κοινωνοῖς ταῦταις δοπειναις χαραστίσιοι: Considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Nam mortuos, cum pietate, qui potuit dicere, in flagranti criminis deprehensos: & quidem eo criminis, quod esset in maximis? Eadem ratione poterat Moës laudare eum, quem Phinees occidit in ipso actu scortationis: Numer. 25, etat enim Israëli, & profitebatur pietatem. Sed longe aliter iudicium est pietatis:

XVIII. Bellarminus ter respondet. Vel peccatum fuisse veniale: vel, si mortale, condonatam fuisse culpam ante mortem, vel incertum fuisse mortuorum statum. Cur ergo veniale? Quia forte ignorabant legis prohibitionem: & non acceperant ex donariis illis in honorem idolorum; sed solum ditemscit cupiditate, quæ venialis esse potest.

XIX. Irane? Ignorabant. A tui publicum ius erat, iamdiu publicatum, & sicutissime lancitum. Deuter. 13. Si audieris in via urbium tuarum, (& erat Iamnia huiusmodi) quas Dominus Deus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, Egressi sunt filii Belial de medio tui, & auerterunt habitatores urbis tuae, atque dixerunt, Eamus, & seruiamus diis alienis, quos ignoratis. Quare, solite & diligenter rei veritate perspecta, si inuenieris certum esse quod dicuntur, & abominationem hanc opere perpetratam: statim persecutes habitatores urbis illius in ore gladii, & delebis eam, omniaque quæ in illa sunt usque ad pecora. Quicquid etiam supellettilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succenderes, ita ut univerſa consumias Domino Deo tuo, & sic mulus sempiternus: non adhibebitis de illo artheate mate quoquam in manu tua: ut auerteretur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te, sicut iurauit patribus suis. Scilicet huius legis, tam olim sancta, tam semper sancta, prætexi poterat excusatio, ut non esset dolus crassus, lata culpa? Siccine Iesuſæ casuum conscientiae sunt periiti? Angelus: Est quodam ignorantia ratione omissionis, qua quis negligit scire quæ tenet, quæ satis faciliter potuſſet scire. Et hoc dicitur crassa & supina. Et hoc excusat h tanto: scilicet quod non est tam gravis peccatum: sed non excusat quin sit mortale, si est circa ea quæ sunt præcepti diuini, aut natura. Altenatagi: Talis ignorantia non excusat peccantem, ut in inferno non ardeat, sed forte ut minus ardeat.

XX. Ex ditemscit cupiditate. Ita est omnino: neque aliam ullam causam fuisse potest. Sed haec, inquit, venialis esse potest. Nuge folennes: quum peccatum nullum sit veniale. Et demus tamen. Atqui agitur, non de cupiditate ditemscit, sed de hoc sacrilegio: qui actus est cupiditatis. Papistæ autem docent (Bellarminus de Amis. grat. lib. 1. c. 3.) peccata venialia fieri vel subreptione, vel parvitate materie. At hic neque subreptione fuit, neque patuita materia. Ergo neque veniale. Non subreptione: quia non fuit subitus motus, qui prius in animo extiterit, quam plene ratio deliberare potuerit: nam contra actus fuit cum perseverantia. Etenim Iamnia directa, non paucis ante diebus quam hoc prælium iniretur, ut pater ex histori: cum tamen semper ii milites haberent secum ea quæ abstulerant. Non etiam parvitas materia. Dicuntur enim habuisse ιερά καὶ αἰτούσθια τοῖς θεοῖς: qno significari testatur Fronto Duætus, ex Lyrano, res pretiosas in templo idolorum dedicatas: ne quis existimet furtum fuisse vius oboli. Bellus sane Bellarminus, sic colligens Ditemscit cupiditas, venialis esse potest: hoc militum furtum fuit ex diremisi cupiditate: Ergo fuit veniale. An probet Aristoteles ex quatuor terminis concludi? & necessarie ex contingentib? O subtiles Iesuſæ!

XXI. Sed etat culpa condonata: sic enim coniecit olim Lyranus. Quam ob causam? In mortis articulo milites illi doluerunt de peccato; ut Psalmo 78. Cum occideret eos, quarebant eum: aut saltē Iudas ita existimat: alioquin non diceret Scriptura, cum considerasse eos, qui cum pietate obdormierant, optimam habere repositam gratiam.

XXII. Bia, fortissimum disputatorem, ut semper ex propriis coniecturis. Et harum, quæ iusta causa? Nam portentes quis unquam dixit τοῖς αἰτούσθιοις θεοῖς εἰληφθεῖσι? Nam quod Psalmus citatur, frustra est: quandoquidem is loquatur de viuente populo, at nō de tis peccatiat qui interficiantur. At hic contra, non de toto populo, sed non minatim de interfictis: & interfictis in prælio: cum subita, atque non expectata mors, penitentia tempus occupat: nam mortui sunt ita, ut victoria tamen esset penes Iudam: itaque in prælio, non in fuga, cum potest quisque sibi mortem aliquantulo ante timeat. De pietate, diximus quod satis sit.

XXIII. Sed status saltē fuit incertus, ac proinde licuit pro eis orare, etiamsi damnati essent. Imo, status non fuit incertus: si quidem mortui in flagranti, & absque penitentia: itaque non licuit orare pro eis. Alioquin nemo esset mortuorum, pro quo non posset orari. Vix enim illus est, cui non possit similis conjecturis adulari humana presumptio. Tum autem hæc incertitudo nulla est, nisi posito Purgatorio. Nam, si ponantur duo loci duntaxat, vitæ, & mortis, ea nulla esse potest: quia necessario, statim post extremum spiritum, omnes sunt aut beati, aut damnati: pro quibus neutræ Papistæ patiuntur vias preces concipi. Itaque hoc argumentum est οὐδὲ τοῦ οὐδὲ ξηνῆ.

CAP. XVII.

De Amicis ex Mammona iniquitatis: Et de necessitatibus Sanctorum.

I. Tansitum facio ad nouum Testamentum. Bellarminus, Peltanus, Panigarolla, ex Lucæ 16. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis: ut, cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Per deficere, inquit Bellarminus, intelligent omnes, mori: per amicos, Sanctos qui cum Christo regnant. Paulus aliter Peltanus. Ut cum defeceritis, videlicet per mortem, & sublita ad tantum iter expedite confidendum necessaria vobis defuerint. Amicos, sive in viuis adhuc existant, sive cum Christo iam in celis triumphent. Conclusio. Bellarminus, Sequitur homines post mortem iuuari precibus Sanctorum. Peltanus: Recipient vos in eterna tabernacula: hoc est, ut suis vos precibus & suffragiis abeentes prosequantur, quo tempestius, & expeditius admittamini.

Ddd 2.

II. Sed

II. Sed hunc locum & obscurissimum & difficilimum testantur, Caietanus, & Salmero: Ille, Parabola hæc clara est: sed applicatio eius per singula, valde difficultis, si non impossibilis est. Ite: Difficilis admodum, & per obscuram visam est olim patribus, ut patet ex Veteribus, præsertim ex B. Hieronymo, qui peculiari epistola ad Damasum Papam, illam pertractat, ac edidit. Idem etiam visum est quibusdam nostris ecclesiis Scriptoribus quorum quidam ausus est dicere, huius parabola applicationem non solum difficilem, sed etiam impossibilem esse. Et paulo post, de his ipsi verbis, ut cum defeceritis, & deinceps: Obscurata propositio hæc est conclusio, ut possit apte accommodari parabola. Cur non mirerum ergo disputantium audaciam, qui sic videntur eo loco, quasi omnia essent plana? Perinde Peltanus est, si deficere interpreteris, mori, an destitui necessariis viaticis: Et amicos pauperes viros, an beatos in cœlis. Vtique, recipere in æterna tabernacula, idem, quod post mortem iuuare precibus. Et quid ergo opus est cum iis dispergare, si etiam obscurissimis in rebus stari volunt sue definitioni? Scilicet istos iam, ut video, non aduersarios nos nobis quasi uiimus, sed magistros adoptauimus.

III. Modestior hac quidem parte fuit maior Papistarum numerus, qui nihil hic, quod ad Purgatorium attineret, inuenierunt. Nec eos tantum dicimus, qui, hanc ipsam examinantes cōtrouersiam, hoc omiserunt, quicquid est argumenti: qui possunt excusari, quod omnia aut non potuerint aut voluerint colligere: sed eos maxime, qui ex professo exponentes parabolam, non debuerunt tam insignem doctrinæ partem omittere, si qua illa pars esset eius parabola. Certo omiserunt Thomas, Carthusianus, Gorranus, Caietanus, Sa in Lucam, Royardus, Dominica 9. post Pentecostem: Barradas Commentar. in Concordia tom. 3. lib. 4. c. 1. Et Salmero, tom. 7. tract. 29. Ne animaduerterūt quidē Maldonatus, & Stapletonus: hic, tum in Promptuario Catholicico Dominica 8. post Pentec. tum Antidotis in huc locum, duo tantum capita hinc eruit, primum, meritum eleemosynæ: secundum, patrocinia Sanctorū in altera vita. Ille similiter: Duo, inquit, ex hoc loco, & merita nostra, & Sanctorū pro nobis suffragia, aduersus novos hereticos, colliguntur. Quorum caput neutrū hęc suffragia significat, de quibus agimus. Nam Sanctorū suffragia pro iis sunt, qui in vita adhuc: etiā enim animalibus profint in Purgatorio Sancti, tñ non nisi per Indulgentias: quas, etiā valere dicunt Sophistæ per modum suffragij, tamen distinguunt à suffragiis. Quid? non Stellæ diserta annotatio? In litera rigore s̄ hæc verba perpendantur, nihil aliud Christus nobis hic innuere voluit, nisi ut bona nostra pauperibus impartiatur, ut cum à vita excesserimus, in æternis habitaculis recipiamur. Nihil aliud: quid ergo frustra subtiles sunt Sophistæ.

IV. Sed rem attendamus. Deficere est mori. Apparet, inquam, multis testibus. Caluino: Hoc verbo denotat mortis tempus, ac breue dispensationis nostra tempus fore admonet. Beza: Quem enim ex hac vita exceedimus, vel cui serui ab heros euocamus ad reddendas accepti & expensrationes. Arctio: Nos deficiemus, tunc scilicet, cū reddenda est anima Deo creatori. Hi sunt Catholicæ. Nec aliter Papistis multis: Royardo: Ut cum defeceritis, scilicet, per mortem: tunc enim deficit vita, deficit mundus, deficiunt amici, & parætes, deficiunt opes, deficit tempus, ac possiblitas bene operandi. Carthusiano: Defeceras à vita praesenti, hoc est, obieritis. De quo defecu scriptum est, Deficiens Abraham mortuus est: Genes 13. v. 15. Sa, Defeceras, scilicet, per mortem. Stapletono, in Præptuario, Dominica 8. post Pentecostem: Ut quum defecerint, id est, cum ab hac mortali vita recesserint: sic enim omnes interpretes exponunt. Sed & olim Euthymio: Ut cum per mortem hinc demigraveritis. Theophylacto: Καὶ οὐδὲν ἡμεῖς τὸν θάνατον καὶ τὸν θάνατον: cum defecerimus ab hac vita.

V. Et tamen, ne nimis securus sit Bellarminus, quum omnes dixit intelligere, suus Maldonatus videtur improbare: Sed isto, inquit, modo omnes, & boni & mali, iusti & iniusti deficient, quia omnes sunt omnino moriunti. Cum satis appareat ex villici comparatione, non omnes, sed qui villicationis officio male functi fuerint, esse defecturos. Itaque præfer: aliam interpretationem, ut deficere sit destitui aliis bonis operibus: quam tamen expresserat alterando Gorranus, defeceras, scilicet à vita, vel à propriis meritis.

VI. Et nostra quidem non tercet, vtram quis amplectatur: sed argumentum Maldonati negamus habere vim demonstundi. Omnes, inquit, deficient. Quid tum? inquam. Nam & omnes destituentur meritis, destituentur bonis operibus: non quod hæc nulla habeant: sed quod non condigna æternis tabernaculis: adeo ut aliunde necesse sit prouisum esse. Sed cōparatio villici innuit, non omnes defecturos, sed tantum qui officio male functi fuerint. Respondeo: vtrumque negari. Certum est, doceri, eos qui male erunt functi officio, defecturos: sed non omnes defecturos, contra falsum. Ratio est: quia neminem Christus docuit bene funeturum officio. Eres ipsa docet, neminem proflus esse absque peccato: id est, neminem non male funeturum officio. Supponendum est ergo, omnes amotum iri à procuratione domus: quod, etiā non sit verum in omnibus economis, à quibus similitudo desumitur, tamen verum est in omnibus iis quibus applicanda est.

VII. Amici autem quinam erunt? Nominat Sanctos, qui cum Christo regnant, Bellarminus, & quidem confidentissime, suo more, quasi nemine repugnante. Peltanus promiscue, siue in viuis sint, siue cū Christo regnent. Et scio interprætes variare. Nam, facere amicos de Mammona iniquitatis, interpretantur quidem omnes de liberalitate exercenda: ut Caietanus: Facere amicos ex diuinitate nobis à Deo creditis, nihil est aliud, quam eleemosynam dare. Sed alioquin ex ea liberalitate amicos, dupliciter. Sunt qui eodem, in quos liberalitas fuit. Et hi necessario amicos intelligent in hac vita: nam in eos quidam dececerunt, liberalitas nequit habere locum. Theophylactus: Ποιήσω ταῦτα φίλους, τὰς μηρύνας, μελεδόνας αὐτοὺς γένεταις πάτερ: Faciamus nobis amicos pauperes, impertinentes eis diuinitatis iniquitatis. Euthymius: Vt tandem sero facite vobis ipsis amicos pauperes. Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ. Alii maluerunt acquiri amicos alias ab iis quibus distribuuntur diuinitate. Ambrosius: Vt largiendo pauperibus, Angelorum nobis, ceterorumq; Sanctorum gratiam comparemus. Carthusianus: Hoc est, diuinitas & temporalia pauperibus erogando, procurare vobis amicitiam sanam supersanctam & Trinitatem, & Angelorum, Sanctorum, ac pauperum. Deus enim, & omnes electi, misericordiam diligunt, & liberales, ac misericorditer sua communicantes, sincrèter amant. Gorranus: Amicos, inquam, personas diuinæ, Sanctos, Angelos, bonos homines, & pauperes, & alios eleemosynarum largitionem intuentes.

VIII. Sed quid est denique, recipere in æterna tabernacula? Bellarmini-

nus securus præterit. Peltanus edixit, suis precibus & suffragiis abeentes prosequi, ut tempestivius & expeditius admittantur: confidenter, id est, Iesu Christi: quasi nulla supereret aut explicandi, aut inquirendi ratio. Et vel essent tam perspicua perse, & a se, in eum sensum vocabula: vel tanta Peltani autoritas, ut pronuntiant non licet. At nos sperabamus, vocatos non ad prætorem, sed disputatorem. Certe ita est, Iesuitæ, ut & tyranii, plura sibi pollicantur se autoritate, quam ratione perfecturos: nisi sit curta suppelleret.

IX. Atqui, dissentient etiā Papistæ. Carthusianus: Cum defeceritis à propriis meritis, illis carendo recipient vos, scilicet Angelis & pauperes prælecti, id est, gratiā penitendi, & finaliter obtinendi vitam beatam, suis suffragiis vobis procurent. Audio suffragia, & ab ea voce Papistam agnoscō: sed suffragiis abeentes prosequi nō audio: quod tamen Purgatorio necessarium est. Enimvero nos agnoscimus similia suffragia: id est, preces, quibus Deo commendamus omne genus hominum, & ius nos confidimus imperaturos gratiā. Quid ergo: austine Iesuita sic concludere: Paulus Corinthiis precatus est gratiam & pacem à Deo Patre, & Domino Iesu Christo: Ergo, Purgatoriū est? Quæ Carthusiano, eadem mens fuit Lyrani: Id est per sua merita & suffragia impetrat apud Deum vos finaliter recipi in beata vita. Quid enim isto opus est ius qui in Purgatorio? Nam, omnibus his (siqui sunt) iam imperatum est, ut finaliter recipientur: non alter admittendis in Purgatorium ipsum, nisi prius certitudo facta euadendi in cœlos tandem aliquando. Et saltē, post infinita secula, id est, finaliter.

X. Quid? quod plerique non suffragia dicunt, sed directe merita? Röyerdus paulo obscurius: Ecce, quam sit vtile diuinitas pauperib. erogare. Nunquam enim apud Deum perire poterit, quod fidelis benignitas erogauerit: nec delictorum memoria erit, ubi testimonium pietatis adfuerit. Et Glossa ordinaria: Si ergo iniurias bene dispensata vertitur in iustitiam, quanto magis epula diuinæ sermonis, in quo nulla est iniquitas, bonus dispensatorem levant in cœlum? Reliqui clarius. Caietanus: Vt merita diuina amicitia, per eleemosynas comparata, recipient vos in æterna tabernacula. Maldonatus: Reliquum est, ut pauperes nos ideo in æterna tabernacula recipere dicantur, quia propter illis factas eleemosynas recipimus: ut non tam ipsi, quam merita erga eos nostra sunt, que nos proprie recipiant: ut Chrysostomus, & Gaudentius, & Basilius, & Anastasius interpretantur. Salmero: Et si ipsi æternas mansiones non ingrediantur, dicuntur tamen recte benefacientes sibi recipere in cœlum, quia propter beneficia illis impensa, Christus recipit eos in cœlum. Huic sententiae & Purgatorio non bene concuerit. Nam nec merita pertinent ad minuendas eius flamas; nec suffragia, si quæ sunt Sanctorum, ad obtinendam vitam, pertinent ad id tempus quod est post mortem.

XI. Stapletonus ausus est conciliare. Docet Christus Dominus, inquit, dimitte omnes, ut ex eleemosynis erga pauperes, eos sibi amicos faciant, id est patronos, ut quum defecerint, id est, ab hac mortali vita recesserint, partim sua intercessione, partim etiam operis merito, eos in vitam æternam perducant. Sed oblitus est rationem reddere huius conferuminationis: nos autem in re dubia, nisi demonstranti, didicimus nihil credere Papista. Quanquam ne illi quidem venit in mentem explicare illa ipsa suffragia, vtrum pertineant ad obtinenda merita: an vero perse, & deficiente meritis, ad obtinendam vitam.

XII. Salmero, causatus difficultatem, tres collegit expositiones: unam communem, alteram ironicam, tertiam maxime ad rem. Primum, ut sit parabola à contrario sensu. Si laudari potuerit, qui Domino suo fraudem faciens in futurum sibi prospexit: quanto magis à Domino laudari promerbitur, quisquis, secundum illius præcepta, sibi amicos faciat de diuinitate sibi creditis? Secundo, Comparete vobis amicos mala vestra dispensatione circa diuinitas huius seculi, ut cum defeceritis, à dispensatione remoti, & à vobis eius ratio exigetur, recipient vos in æterna tabernacula: id est, perinde cruciemini, atque peregrinemini à Domino, ac si in æternis tabernaculis versaremini. Et hanc explanationem ita exaggerat, ut proximus videatur approbanti. Tertio: quia Scribae, & Pharisæi, cum lege & sacerdotio in promptu erant ut deficerent, & indulgentia peccatorum plenaria, Christo prædicante, & moriente, per fidem ex dilectione operantem, danda erat, ablato templo, & sacrificiis: hortatur Dominus, ut dent operam, ne austere cum peccatoribus procedant, neque exacte sacrificia aut pecuniam ab illis exigant, etiam si iure alias debita esset, ut ita sibi præparent amicos, qui eos in Euangeliū recipient, in quo est æterna requies: quemadmodum qui priores in monasterium ingrediuntur, posteriores intrantes recipiunt. Haec enim Salmero, nihil quod ad Purgatorium pertinet: ne ad suffragia quidem, siue pro viuis, siue pro mortuis.

XIII. In tam multis, tam variis sententiis, merito mirum: imo, non tam mirum, quam indignum: unum & alterum territoriaque, Bellarminum, Peltanum, Panigarollam, tam impotenter abuti lectorum siue patientia, siue modestia, ut sibi pronuntiantibus, nec demonstrantibus, cedi velint: & quidem non à nobis tantum, quos solenne habent pro nihilo habere, sed etiam suis, nec infirmis, in alia cunctibus, quorum saltē dignitati consultum oportuit. Verum, ut olim, sic hodie ædificantur turrim Bellabia confudit Dominus: mire reprehendens subtilissimos in suis astutis. Summa est, hunc ipsum locum & difficilem esse, & in varias interpretationes distractum, ab iis etiam quorum nomina non possint esse aduersarii suspecta: his si nullas rationes opponant necessarias, quid causa habent, quominus dicamus, nihil in eo loco iuris esse Purgatorio?

XIV. Nos porro sic censemus: Primum, non posse intelligi suffragia pro mortuis qui in Purgatorio. Nam hæc viuentium sunt, vel mortuorum. At non viuentum: quia dicuntur amici excepturi in tabernacula æternæ. Non potest autem quisquam quemquam recipere, ubi ipse non sit. Diximus est ad se recipere: viui autem non ad se recipiunt morientes, sed potius dimittunt a se. Non etiam morruorum: nam dicuntur excepturi morientes, cum defecerint, ut in aliis: quum defeceritis à vita. At non quum defeceritis à Purgatorio; id est, quum post aliquot annorum myriadas ab obitu vestro, satisfeceritis poenis, quarum estis debitores.

XV. Secundo, eam interpretationem probamus magis, quæ non eos dicit amicos, quibus erogentur opes. Itaque Caluinus dixit: Christus non intelligit: vel deprecatores querendos esse, vel patronos, qui suo præsidio nos tangant, ac defendant: sed benigne erogando favorem apud Deum acquiri docet,

qui

qui se misericordibus & humanis vicissim misericordem fore promisit. Nam etiam Maldo natus: Optimum remedium est elemosyna, ut in gratiam cum Deo redreas. Eodem enim modo hæc sententia intelligenda est, quo illa superior: Quod superest, date elemosynam: Et ecce, omnia munda sunt vobis. Et paulo post: Recipient nos, quia propter illos recipiemur. Salmero: Quanquam solius Dei sit distribuere regnum, & caelstes miserationes: tamen & illud distribuere posse dicuntur pauperes: quia cum potissimum elemosyna propter Christum conseruantur, sive Iudeis, sive Gentilibus, illi dicuntur facere, quod Christus maxime facit. Iantinius: Dicuntur illi recepturi suos benefactores, similes ceteri quidem, quia propter illos Christus eorum benefactores recepturus est, qui imputat sibi faciū, quod illis impeditur. Hic sensus facilis: nam, neque in utilitatem, amicos dici pluraliter synecdochicas, pro amico: & qui gratiam Dei consequutus est, eadem opera amicos nactus est, cum Angelos, tum omnes Sanctos. At excipiendi verbum suo legitimo usui tellinquitur: nam & is excipit, cui ius est ingressum largiri in suam familiam: & in excipiunt, qui in suum numerum admittunt.

XVI. Ab eo autem sensu, neque merita Papistica firmantur: quia obtinetur amor Dei bonis quidem operibus, at non tanquam meritis: sed ex mera misericordia, dimittente quisquid est peccati, tum in reliqua vita; tum ipsis bonis operibus: ut alias disputatum: neque suffragis vallis post mortem locus datur: quia haec exceptio fiat in ipso tempore mortis, & vere cum defecit quis à vita. Atque hactenus iste locus.

C A P. XVIII.

De Necesitatibus Sanctorum.

EX Epist. ad Romanos 12. argumentantur Salmero, & Turrianus: Orationes instantes: necessitatibus Sanctorum communicantes. Vbi necessitates intelligendas contendit, eorum, qui pro mortuis sunt, quos opus sit orationibus & elemosynis adiuuare. Nam haec ipissima suffragia sunt, unde, currente rota, exeat virceus Purgatorii.

II. At nos scimus, Sanctos in Scripturis appellari fideles in hac vita positos: & vix uno aut altero loco, mortuos. Itaque necessitates Sanctorum confidenter intelligimus, quæ pertinent ad hanc vitam: Calvini: Redit ad officia caritatis, quorū recipiū est iis benefacere, à quib[us] minimum remuneratio exspectamus. Quoniam itaque fere sī, ut in maxime contemnuntur, qui pre aliis egestate pressi sunt, & auxilio indigent, singulariter ipsis nobis commendat Deus. Tunc enim demum vere caritatem nostram approbavimus, ubi non alio, quam exercenda benignitatis respectu, iuuamus egenos fratres. Gualterus fuisus: Sanctos vocat eos qui credunt, eo quod tales Christi sanguine redempti, & Deo in peculium conferuntur. Et hos nos præcipue commendat, quia, est omnibus caritatem debeat, maxime tamen ea illis debetur, qui nobis a christiano illo Christiana societatis vinculo coniuncti, & sicuti nostre domestici sunt. Ad hoc exigebat hoc illo tempore necessitas, ut Romani singulos Christiani cultores sibi commendatos haberent, eo quod passim persecutiones feruerant, in quibus illi fortunis omnibus spoliabantur, & tanquam oves mactationi destinatae, nihil praeser cades & omnis generis pericula poterant sperare.

III. Viderunt & Papista. Lyranus: Infruit Apostolus de communicatione beneficij: & primo ad simul commorantes (non ergo in Purgatorio) dicens, Necesitatibus Sanctorum communicantes: secundo ad peregrinos transientes, Hospitalitatem sectantes. Toletus: Quic caritas proximum amplectitur, & propter tribulationes ac persecutions, tunc temporis contra Christianos factas, multi eorum subdio temporali indigebant, multis necessitatibus oppressi, idcirco adiungit Paulus, quod beneplacens, & perfectum etiam in hac parte est. Sensus igitur est: Dixi vos hoc aüero tempore Domino debere seruire, vosque eius seruos profiteri: quod quia arduum erat, sive patientia, oratione vos communis: at non vobis solis consulere debetis, sed aliis etiam, qui propter tribulationes, & persecutions, necessitatibus, & indigentibus corporalibus premuntur. Communicate ergo Christianorum necessitatibus, id est, eas reputate vestras, ac communes vobis cum illis: & quomodo vestris subuenitis, subuenite & illis, auxilium opemque impendendo, quomodo poteritis.

IV. Sed contra. Plerique ex veteribus Patribus legunt, memoris Sanctorum communicantes. Hilarius contra Constantium. August. 2. contra Faustum, c. 21. Chrysologus, serm. 12. o. Epiphanius, hæres 57. Optatus 2. contra Parmenian. Ambrosius, in 12. ad Rom. Ecclesia Mediolanensis, in Missali. Origenes, Commentarii ad Romanos. Eustatius Constantinop. vetus autor, in libro de operatione animæ post mortem, cuius meminit Photius in Bibliotheca. Et videtur Clemens Rom. 8. diataxeon c. 48.

V. Rationes suadent: Primo, quia facile reponi poterit *χειρας* pro *μητριος*. Secundo: cum sermo esset de oratione, par erat, ut, ad quos usque extenderetur caritas & oratio eorum, declararet, nempe ad mortuos usque: tertio, quia idem Apostolus ad Hebr. 13. videtur horrari ad memorias Sanctorum defunctorum celebrandas: Memento prepositorum vestrorum, qui vobis loquuntur sive verbū Dei, quorum intuentes existimū conversationis, imitamini fidem. Nam, quia iubet eos in memoria seruire, intellige ut precibus & elemosynis eos Deo offerant. Quarto: paulo ante dixerat: Qui tribuit in simplicitate, scilicet, pauperibus, quod ad communicandum necessitatibus Sanctorum pertinet, ut non opus fuerit repetrere.

VI. Repertum olim fuisse in quibusdam codicibus, memorias, pro necessitatibus, verum est. Sed a plerisque Patribus, falsum. Nam primo, omnes Graeci sunt excipiendi. Libere dico, neminem vnam Græcum legisse, memorias. Nam Epiphanius hæres 57. falso citatur. Et Clemens Romanus. Turrianus enim, qui primus notauit, non legisse dixit Clemētem, sed conjectare ostendit: Sic legisse videtur, inquit. Et conjecturæ rationem addit: Praecepit enim in persona Apostolorum celebrare exsequias mortuorum hymnis, precibus, & lectionibus sacris: deinde, praeccepit tribuere pauperibus ex bonis defuncti in memoriam ipsius: ut iam hoc sit communicare memorias Sanctorum, orare pro p[ro]p[ri]e defunctis. Atqui longe aliud est, ipsum Clementem sic legere: & Turrianum sic coniicere, Sophistam versipelle, qui, ut detorqueat qua Scriptura, qua Veterum locos, nullū non mouere solet lapidem: & quamvis tenues conjecturas sectari, ex quacunque vocala. Cæterum Clemens. e[st] loco, qui in vtraque editione Turriani tum Græca, tum Latina est c. 42. cuius Pauli ad Romanos nullo modo meminit, neque cum eo quicquam

Tom. I M.

habet commune, præterea hanc vocem *μητριος* semel tantum positam, pro qua etiam *μητριον* habet, & *μητριον*. Tum a. agit ex professo de officiis circa defunctiones, nominans *την τε κακουλην*, *την επανα*, *την ομογενεστη*, *την ειαντα*. Turrianus verit, exequias mortuorum terro die, die nono, & quadragesimo: item anno. Quæ nihil ad Paulum.

VII. Ne Eustatius quidem Constantinopolitanus quicquam adrem: non aliunde notus, quam ex Photii Biblio: hec, à qua habere se profitentur Turrianus, & Salmero: imo etiam Iustinianus, quicquid de eo notum habere potuerunt. At Photius, cum autorem non admodum laudat, cuius *βιοι φιλος μητριον*, *και επανα*, *λογικος* & *λατινος*: *θεραπευτικον* non laudabili, rationibus autem non valde cupandis: tum vero huius Pauli ad Romanos loci ne vestigium quidem excerpit.

VIII. Origenem Græcum fuisse concedo. Sed Origenem sic legisse, falsum. Etsi sciam in eius commentarii legi: Memini in Latinis exemplarib. magis haberi, Memoris Sanctorum communicantes. Sed haec esse Origenis, quis credat: Bene Francisc. Lucas Brugensis Notationibus in Sacra Biblia, Interpretē appellavit Origenis: imo ipsum Hieronymū: Hanc, inquit, rursum legendi ratione, nostra editioni à B. Hieronymo data autem qui in Origenis, aut suopius commentario, utrumque legendi modum, ut adificationi utile, adiunxit.

IX. Habemus ergo, neminem Græcum sic legisse. Sed & Syrus expressit necessitates: quū dixit, *Νέοντας δικαιοντας λόγον* Tremelius reddidit: *Εστοι communicantes necessitati Sanctorum*. Bodianus: *Esto te participes indigentia Sanctorum*.

X. Quid Latini? Certum de Hilario, Optato, Chrysologo, & Ambro-
sio, si Ambrosius est is commentator. Missale Mediolanensis Ecclesiæ non
vidi: sed facile credo affirmantibus. Sed quis pudor est, quatuor so-los Pa-
tres, dicere plerosq; ex Veteribus? Nam Augustinus falso citatur. Certe
quicunque sunt, quorum habemus commentaria Latina, uno illo excepto
Ambroso, vel necessitates tantum exprimit, Primasius, Anselmus, Thom-
mas: vel legunt in textu: post, annotant memorias, ut variam lectionem:
Origenes ille, Sedulius, & is cui Hieronymo impositum nomen.

XI. Quid? quod præ fertur vulgata lectio: Origenes ille, de quo Lucas Brugensis: Utrumque legendi modum, ut adificationi utile, admitti: sed hunc necessitatibus Sanctorum communicantes, non obscure prefert. Vtibus verit Sanctorum communicantes: dein adiungit: Memini in Latinis exemplaribus magis haberi, Memoris Sanctorum communicantes. Verum, nos nec consuetudinem turbamus, nec veritati præiudicamus, maxime cum utrumque conueniat adificationi. Dominicus à dorō in hunc locum: Ad lectionem alludit nostram: legimus, utibus seu necessitatibus, quam fere Patres in uniuersum sequuntur. Iustinianus: Quanquam alteram illam lectionem non penitus improbo, vulgatam tamen retinendam censeo: cui magis coharet, quod mox subditur, Hospitalitatem sectantes: itemque, Benedicite persequentiibus vos, & qui sequuntur. Toletus: Nostra tamen lectio communis est & legitima.

XII. Et contra qui disputatione, pugnant festucis. Potuit, aiunt, substitui *χειρας* pro *μητριος*. Et cur non patruis, inquit, *μητριος* pro *χειρας*? Nam constat, omnes Græcos legisse, Itaque, si conjecturis agendum, huc potius eundem, ut mutatum illud dicamus in *χειρας*. Atque adeo Lucas Brugensis coniicit, testitum ab Hieronymo recognoscente vulgarem editio-
nem. Ipse Hieronymus, sive Origenes, cum negat se vel consuetudinem turbare, vel veritati præiudicare; evidenter veritatem deputat *χειρας*: nam confuetudo fauebat *μητριος*.

XIII. Declarari debuit, quousq; se oratio extenderet, nempe ad mortuos. Sic, inquam, Papista, nunc Papista pronuntiabit; cui iam persuasum est, orandum pro mortuis. Sed Catholicus, cui superfluum orare pro mortuis, hoc ipsum negabit, quod Papista pronuntiabit. Arque adeo cum disputatione de suffragis pro mortuis; qui argumentabitur a precibus faciens pro mortuis, idem diem esse probabit, quia dies sit.

XIV. Ad Hebreos 13. videtur Paulus horrari ad memorias Sanctorum defunctorum celebrandas. Ita est: inquit: a primo, memorias celebrare aliud est, quam memoriis comunicare. Nam, *επι φρασιν* dura est, & iniurianta: deinde non est, precibus & elemosynis sanctos Deo offerre; ut ridicule Salmero explicauit, ex sua præiudicio superstitionis: quod paulo post videro. Tertio non sequitur, si eo loco memorias dixit, dixisse etiam isto. Neque vero Salmero quicquam indicavit, quo haec consequentia fulciatur.

XV. Antea dictū: Qui tribuit in simplicitate: quod ad communicandum necessitatibus Sanctorum pertinet: nec oportuit repetitum. Eigo, inquit, delect etiam illud, Hospitalitatem sectantes: nam hoc etiam pertinet ad communicandum necessitatibus Sanctorum. Præterea non oportuit repetitum, idem propterea idem: sed repeti idem vel ampliandi, vel refingendi gratia, quis reprehendit inquam? Atqui Thomas: Deinde, cū dicit, Necesitatibus Sanctorum: determinat de caritate quantum ad speciales quasdam personas: & primo quidem, quantum ad indigentes, secundo quantum ad inimicos: ibi, Benedicite persequentiibus vos. Circa primum duo facit. Primo inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus in uniuersali, cum dicit, Necesitatibus Sanctorum communicantes. Secundo in speciali admonet ad hospitalitatem dicens, Hospitalitatem sectantes. Videntur si illud, Qui tribuit, pertinet ad communicandum necessitatibus Sanctorum: at certe nullam habet determinationem personarum; ut non inutiliter haec addita sint de indigentibus, & de hospitibus.

XVI. Quid, si alia interfit differentia? Calvini: Per *μητριον* ita de quibus hic loquitur, non eos intelligit, qui largiuntur de suo: sed Diaconos, qui publicis Ecclesiæ facultibus dispensandis presint. Contentit Beza. Et quod mirer Iesuiti conspirarunt; et si puduerit profiteri nomen a quo dicuntur. Toletus: Enumerat functiones: Diaconia tres, cum suis charismatis sedationibus differentibus: quarum prima est. Qui tribuit, id est, qui elemosynas distribuendi functione habet. Post: Qui distribuit: quo verbo significatur functione distribuendi communis Ecclesiæ elemosynas inter fideles pauperes. Rufus: Contextu Pauli, qui loquitur de iis qui in officio aliquo Ecclesiæ constituti sunt, magis quadrat, si particulariter exponamus de iis, qui prefecti erant bonis Ecclesiæ distribuendis, & impartiendis in pauperes. Iustinianus: Hec fere de prefectis erario Christianorum, quibus communia bona distribuenda commissa erant, accipienda sunt, qui videlicet collectas pauperum in opis sublevanda pro cuiusque indigentia atque egestate distribuebant. Satin' isti? Immo accedit Salmero: hic, inquam, noster Salmero, quicum nunc Sophista nobis res est, Disp. 2. Ddd 3 in 12.

in 12. ad Rom. Id est : *Qui dispensator est Ecclesia facultatum constitutus, quales erant olim Diaconi, Actorum sexto, & qui faciunt collectas, quas conferunt fideles in usus pauperum Sanctorum, bona fide, sine acceptione personarum, sibi concredita in publicam utilitatem administrant.* Quid lupercit ad argumenti detegendam vanitatem? Nemo enim dixit, cum legit, necessitatibus Sanctorum communicandum, agi de aliquo publico administrando munere: quare fieri non potest, ut idem repetitum fuerit. Nam, et si pertineat utrumque ad necessitates Sanctorum: tamen illud ex publico munere; hoc vero est ex priuata humanitate. Intererat autem utrinque per recepta dati.

XVII. Nulla ergo ratio cogit, memorias legi. Ac miratus sum, Papistas disputare contra versionem suam vulgarem: quam tamen sanctam voluerant in Tridentino Concilio, tam sequere, ut nullo praetextu liceat aduersus eam disputare. Itaque audiamus nunc excusantes factum: *Non improbo lectio est, inquit Turrianus, qua nunc in libris nostris fertur.* almero: *Nec nostri interpretis lectio est improbanda.* Quid, malum, non improbas? Hoccine tu ausus dicere, qui non tantum non improbare, sed etiam authenticam habere teneris? & contra eam nullo praetextu disputare? Attu manifeste eam infirmas, qui etiam, quum ei adularis, tamen innuis nunc denique taitem esse: id est aliam, quam quae ab initio: tacite etiam, quam quae esse debuit. Tu videris, quomodo te Patribus tuis probatum praestes.

XVIII. Sed nouo consilio vtrumque audiamus vtramque concilian-
tes, imo connectentes. Hoc dicimus, inquit Turrianus, alteram alterius
esse interpretationem. Cum enim legimus, Necessitatibus Sanctorum com-
municantes, quas necessitates dicat, ex altera lectione intelligimus, que
dicit, Memoriis Sanctorum communicantes: nempe quas patiuntur post
hanc vitam, qui sancte mortui sunt, sed cum leuibus quibusdam maculis.
Rufus cum legimus, Memoriis Sanctorum communicantes, quid sit hoc
loco memoris Sanctorum comunicare, ex altera lectione intelligimus,
qua dicit Necessitatibus Sanctorum communicantes: esse scilicet nec-
cessitates eorum, qui pie mortui sunt, quos oporteat adiuuare orando, &
eleemosynas pro eis faciendo. Concurrit autem Salmero,

XIX. Agnoscimus simias Augustini. Nam hi nonnulli scriptum reliquit simile: sed de versionibus Scripturæ. De Doctrina Christiana lib. 2. c. 12. Quæres (id est, translationum Scripturæ varietas) plus adiuvit intelligentiam, quam impediuit, si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plerumque codicum saepe manifestauit inspectio. Sicut illud Esiae Propheta: unus interpres ait: Et carnem tuam ne despiceris. Alius. Et domesticos feminis tuis ne despiceris. Vterque sic invenit inuicem attestatur: namque alter ex altero exponitur. Quia & caro posset accipi proprie, ut corpus suum quisque ne despiceret, se putaret admonitus: & domestici feminis, translate Christiani possent intelligi, ex eo 'em verbi semine nobiscum spiritualiter nati. Nunc autem, collato interpretum sensu, probabilior occurrit sententia, proprie de consanguinitate non despiciendis esse præceptum. Euge: contulit Augustinus carnem & domesticos feminis: ut assequeretur verum sensum. Sic sperant Iesuitæ, collatis memoris & necessitatibus, se educturos Purgatorium.

X X. Astre quidem, sed non feliciter. Nam primo, non eadem ratio est interpretationum collatarum, & variarum primi contextus editionum. Quia ut certum est, plures esse possunt interpretationes: sic nonnisi unum contextum. Ea ratio est facilis. Quia contextum habemus ab una origine, interpretationes a variis. Ast ab eadem origine, id est, mente unius intentiae, unam literam esse oportet, ex usu humano, cui se Spiritus Sanctus attemperavit. Tum autem interpretationum variarum, non idem est incommodum, quod est contextum. Nam interpretationum regula certa est, contextus ipse, quem omnibus interpretibus portuimus propositum: unde ea emergit collationis utilitas: at contextum interieranda emerget ~~ad glosas~~. Non enim eodem collimant diuersi textus: ut patet infinitis exemplis. Et in hoc ipso capite, cum aliis *Domino seruientes*, leguntur alii, Tempor. Ioh. I. *Et sine ipso factum est nihil, quod factum est.* In ipso erat vita, vel, *Et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat.* Nam harum varietatum, neque idem corpus est: neque idem lensus: neque eius unus, ut possint sese mutuo illustrare. Itaque nuncquam Augustinus, nuncquam Veterum quisquam dixit, ut interpretationum, sic originalis contextus varietatem esse vitem.

XXI. Præterea, illud ipsum, *memoriis Sanctorum communicare*, et si multo taruntur, tamen nemo est qui non aliter expulerit. Nemo, inquit, dicit, significare idem cum altera electione. Nam primo, *Memorias*, cum omnes expulerint defunctorum: tum omnes haud alias necessitates cogitantur, quam viuentium. Itaque, etiam si posteriorum nonnulli preces comprehenderint (& solus quidem, opinor, Origenis interpres) tamen necessitates mortuorum nulli somniarunt. Ambrosius: *Manifestum est, quia quis preces suas exaudiri vult, & mulier debet esse vita Sanctorum.* Cum imitetur enim, communicat, ut hoc sit memorem esse, & communicare, imitari actus illorum. Origenes: *Et meminisse Sanctorum, siue in collectis solennibus, siue pro eo, ut ex recordatione eorum proficiamus.*

XII. Breuitate, Memoriarum gemina expositio est: vel quæ preces, vel quæ imitationem dicit. Hanc quidem nihil ad necessitates facere, est manifestum. Illamne igitur Minime vero: significat enim cum ritum, qui fuit veteris Ecclesiæ, cum Sanctorum, qui in fide decesserant, nomina in precibus publicis recitarentur: vnde illa phrasis apud Originem: *Meminisse in collectis solennibus*: sed & Canonis Romani: *Communicantes & memoriam venerantes, in primis gloriosas semperque Virginis Mariae, genitricis Dei, & Domininostris Iesu Christi: sed & beatorum Apostolorum, ac Martirum tuorum.* Itaque Sancti intellegabantur eo ipso sensu, quo dictum est, *In iuriā facere Sancto, qui oret pro eo: nimurum, quia persuasissimum erat nullis sanctos necessitatibus postbitum esse obnoxios.* Itaque, non intercessionis, non suffragiorum causa, in precibus nominari: sed tantum memoriz.

XXIII. Itaque, siue necessitates legas, siue memorias, tamen nihil Paulus, aut de suffragiis agit, aut de Purgatorio.

C A P. XIX.

De baptizatis pro mortuis.

I. **S**cipit Paulus, i ad Corinth. 15. cum de resurrectionis spe disperaret:
Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non excitan-
tur? Et quid baptizantur pro mortuis? Ex his etiam verbis se suffragia sperant
educturos, Bellarminus, Peltanus, Salmero, Thyræus, Turrianus, alii. Et
tamen locus est, si quisquam alias in Scriptura difficultius: ac variae diuer-
seque, inquit Salmero, Patrum intelligentiae satis indicant, non adeo per-
spicuum esse, ad quem morem, & quem ritum alludat Apostolus. Et vero,
cum multi .onati sunt lucem inferre, tum nemo, ante Iesuitas, aut Purga-
torium viderat, aut suffragia.

III. Sed, profecto, alienum est ab Apostoli & sinceritate, & maiestate: prius enim tam crassum errorē nullo vñquam stigmate notare, dignum non videtur eo, cui Euangelii veritas supra omnia cara fuit. Deinde, argumenta ad hominem vim habent tum demum, quam lunt à persuasione eius quicum disputatio est: itaque alterutrū oporteret concedi, vel apud Corinthos hunc morem fuisse, quod est præter omnē virtutis similitudinem, vel Apostolum lusisse operam disputando, quod quis credat, cui notus Apostolus? Itaque assentimur Bellarmino, & Salmeroni, reiicientibus hanc interpretationem, addita etiam temporis notatione. Nam, siue Cerinthi, siue Marcionis souniatio fuit, posteriorem Paulo fuisse oportuit.

V. H. s Bellarminus refutat tribus argumentis: sed omnibus inutilibus. Primo, quia Apostolus dixit: *Si mortui non resurgent, ut quid baptizantur pro illis?* nimis, hominibus mortuis, qui non resurgent. Atqui hoc faltum Non, inquam, dixit pro illis, et si secundo loco ita expresserit vulgata editio: quia phrasis manifeste referret eos mortuos qui non resurgerent: sed dixit, *pro mortuis*, vnde illis captata occasio ambiguitatis. Secundo, tota vis arguentia periret, si diceretur, *Quid facient, qui baptizantur pro peccatis diluendis si mortui non resurgent?* posset enim responderi multum prodest, diluere peccata, quia bonum est in hac vita frui testimonio bona conscientia. Atqui, neque inde erat argumentum apud Sedulium: sed à renuntiatione: *qui prodest, aiebat, nos mundo mori: numirum, quia renuntiabatur omnibus commodis vita huius.* Deinde, ipsum illud testimonium bona conscientia; non est ultimus finis spei Christianorum, si delibebatur terminis huius vita: ut recte dixerit Paulus: *Si in hac solam vita speramus in Christum, miserimi omnium hominum sumus.* Tertio, peccata non dicuntur mortui, nisi sint deleta & extincta. Imo, hoc negat Thomas. *Opera peccati mortua sunt, quia carent vita gratia: quod omnino verum, antequam deleta sint.*

VI Sed re vera durior est interpretatio, et si visa facilis Thomæ. Primo, recte notauit Salmero, iusitatum esse, peccata per mortuos intelligi: *Mortui, inquit, non nisi valde mystice significant peccata.* Secundo, importuna ambiguitas esset in eodem contextu: *Si non resurgunt mortui: nempe homines, qui baptizantur pro mortuis, nempe peccatis.* Denique, argumentum nullum esset: quia agitur non de vita gratiæ simpliciter, ut Thomas supponit, sed de resurrectione carnis: absque qua concipi potest vita gratiæ; ut constat in animabus Sanctorum ante resurrectionem: quibus utilitas est, vel nunquam satis extollenda, quod vita illa gratiæ fruantur etiam sine corpore.

VII. Alii professionem in Baptismo reuocarunt in memoriam, & simul ritus. Profiteri enim quemque accedentem ad Baptismum se credere remissionem peccatorum: tum mergi in aquam, & educi in signum mortis, & resurrectionis. Chrysostomi est: Μετὰ τὸ απογέλια τὸ μυστικὸν ἀρμάτων σκέψιν καὶ φρονέων, καὶ τὴν φρεστὴν καρνατὸν τὸ σκῆπτρον καλύπτειν τὸ διορμάτων, καὶ τουτῷ τρόπῳ τὸ τίτλον προστίθειν, ὅπις μέλλειν βασιλεῖ, κελευσόντες λέγειν, ὅπις πτερυγίων εἰρῶν αὐτὸς εστιν, καὶ επὶ τῷ πίστει ταῦτα βασιλέωνται· καὶ γαρ τὸ ὄμολογόντα τὸν μὲν τὸ ἀλλα, τοτε καθεισίδα εἰς τὴν πτηγὴν τὸν ἀνατολήν σκέψιν: Post mysticorum illorum & terribilium verborum enuntiationem, & horrendas regulas dogmatum, quae ē cælo sunt demissa, hoc quoque in fine addimus, quando sumus baptizaturi, iubentes dicere, Credo in resurrectionem mortuorum: Et in hac fide baptizamur. Postquam enim hoc confessi sumus cum aliis, demittimur in fontem sacerorum illorum fluentum, καὶ εἰ μηδέ τὸ ἀρμάτων λεγεῖν εἴρων αὐτὸν, ὃ τὸ λεγεῖν αὐτοὺς εἰποντεῖς ἀπει-

VIII. Bellarminus hanc dividit in duas. Credo, quia Caetanus, neglegta priori parte, posteriore duntaxat expresserit. Sed hoc modo fit iniuria Chrysostomo. Tum autem refutat Bellarminus, non admodum solide rimo, inquit, non diceret Apostolus, *Quid facient, qui baptizantur?* sed, quicimus qui baptizamur. Non enim quidam, sed omnes sic baptizantur. Apostolus autem de quibusdam tantum loco it; ut patet tum ex forma veroru, tum ex eo quod scilicet quiritur: *Vt quid est nos ericlitamur tota die?* Atque ne sit Chrysostomus, Paulum esse loquutus de quibusdam tantum, sed profiscue de omnibus. Et vero phrasis nulla obstat. Cum enim particularis enuntiatio dicatur: *Qui baptizantur pro mortuis?* Quae iussit Logica? quis Aristoteles sanciuit? Itaque Chrysostomus, etiam per primam personam expressit, *ια την πτων τελιν βαπτιζειν*. Et per secundam *οὐ πρό λέγειν τελεῖν αὐτούς*. Neque magis contrahunt quae sequuntur: quae enim contrahendi ratio? Non enim aduersaria particula est: quasi sensus: *Quidam baptizantur pro mortuis: at nos omnes periclitamur.* Sed vere nouum argumentum: virorant Thomas, & Caetanus, & alij.

IX. Secundo, inquit, inauditum est, ut nomine mortuorum intelligatur spes resurrectionis, vel corpora mortua; cum in Graeco sit οὐκέτι masculino genere: Ridicule. Nam primo, Grammaticatio est, inepta, à genere nominum. Sciant enim: οὐκέτι φανερόν πούδε, masculino genere, τὸν οὐκέτι, significare cadauer. Odysseus 12. πτυχία οὐκέτι σκηνὴ πεύκη νέκες. Etymologus πεύκον τὸν ιστερούμενόν τοῦ. Φυλῆς dixit, δηλούμενός: quasi νέκες. Xenophon Helenica postremo; επειδεὶς οὐκέτι φέρειος οὐκέτι νεκροτος ιστοστοιχίας απέδειξεν αὐτούτους γενέταιροι οὐκέτι φέρειοι οὐκέτι νεκροτος ιστοστοιχίας απέδειξεν, cadavera utriusque partium tanquam victores tradiderunt: utriusque partis tanquam vicit et receperunt. Eo more viii Septuaginta, cum redderent Hebraicum οὐκέτι euilem notionis. Genes. 21. Surrexit Abraham à conspectu οὐκέτι mortuis suis: καὶ αἰρετὸν Αβραὰμ δὲ τὸν τάνακα. Ut sepeliam mortuum meum, Εἰ θεψόμενος οὐκέτι οὐκέτι. Et sic Iosephus, masculino genere, cum tamen de foemina sermo esset. Verum, quid opus hac grammaticalione. Neque enim quisquam, per mortuos, aut spem resurrectionis inter lexit, aut corpora mortua: ut necesse sit Bellarmini mentem in Vtopiam, id est, in Purgatorium esse peregrinatam, dum haec ageret tam neglegenter.

X. Tertio: si ideo diceremur baptizati pro mortuis , quia recitamus articulum de resurrectione, etiam possemus dici baptizari pro Deo Patre, & pro Christo, & pro Spiritu Sancto, & pro Ecclesia, quia h. e. omnia recitamus in Symbolo Ridicule, inquam: nam cur cum mutentur mortui in resurrectionem, necesse sit Patrem, Filium, Spiritum, Ecclesiam retinere, nulla mutatione facta? Muta ergo ; ut dicas, pro fide in Patrem, Filium, Spiritum: pro fide Ecclesiae. Et quid erit absurdum? Nam Chrysostomus disserit: *πλούσιον τέλος οὐδὲν ἔχειν: postquam ista sunt confessi cum aliis.* Sed Paulus unum expressit quod habebat praet manibus.

XI. Quarto: *Quia Apostolus videtur omnino, nomine mortuorum, homines mortuos intelligere, & nihil aliud. Visum est sane, inquam: at non Chrysostomus: qui suum opinor, sensum non tenet unum exprimere, quia Bellarminus sibi alterius videri, vel sacramento contendat. Et nos quidem, si virum viro corporeum paremus, infinitis parasangis Chrysostomum praefecramus.*

XII. Quinto: Qui baptizantur representant mortem Christi. & simus ad Roman. 6. Quotquot baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: consepti enim sumus cum illo per Baptismum. Itaque baptizari pro mortuis, erit baptizari pro se, & pro Christo: quod absurdissimum est. Imo rursus, non dictum Chrysostomo, baptizari pro mortuis, quia representet mortem suam. Deinde falsum, representari mortem Christi. Neque ita prae se fert Paulus, eo loco ad Romanos: neque quisquam sic est in terpateratus. Longe enim aliud est consepti Christo, quam mortem Christi representare.

XIII. Sexto: Argumentum Apostoli nullum esse: nam ex eo quod quod baptizatur, agit personam mortui, non sequitur quod profiteatur resurrectionem. Imo, baptizari pro mortuis, non est duntaxat representare mortuos: utrumque, & mortuos, & resurgentes, ut dicit Chrysostomus utramque partem exprimit: nam, et si mortuorum nomen non comprehendat resurgentem, tamen Baptismi mysterium neutrum seorsim: sed utrumque coniunctim, per adūnācū adūnāvō. Itaque Chrysostomo, baptizari pro mortuis, est mortuum significare per adūnāvō, & relungentem per adūnāvō. Vnde Apostoli argumentum firmum est.

XIV. Vna ratio videtur alicuius momenti. Neque Hebraice, neque Græce, neque Latine, agere pro aliquo, significat eum repræsentare; sed ager loco eius, vel in eius vilitatem. Nam, et si nihil sani habeat, prout express est: quia & abit à mente Chrysostomi, qui non dixerat, baptizari pro aliis mortuis, quasi aliorum personam repræsentaremus: sed pro nobis ipsis, id est, nostrā personam agere, ea nimis quæ in nobis futura sint signis exprimentes tanquam praesentia: tamen mouet me phrasis Græca *vñq̄m r̄n̄z̄r̄* *z̄ḡr̄*. Nam neq; *vñq̄m* mihi occurrit vnquam in eam notionem: neque videatur articulus commodus: nisi forte, non putauerit hæc ad viuum resescere Chrysostomus, aut Paulo fuisse Græcitatem accurate obseruatam. Quanquam in Græcis eriam pacem, et pax de fide, Chrysostomus. Id alii in

XV. Epiphanius, hæresi, 28, ἐπειδὴ τὸν αὐτὸν ἀποστολικὸν εὐαγγέλιον ἔχειν.

μέλλοντος τε λειτουργίας δροι, οπή πάστορι την εἰπάδι τοις φεύγοντις λόγοις
την καλεῖσκον. Οκτώ γάρ τε ἀπό τοῦ τελευτῆς εἰς αὐτοῦ οὐδὲ τετρακοσίον τῆς
Διαγέλω τες αφίσιος αγράπτουσι τόντο. Alij, recte hoc dictum interpreantes dicunt
quod morti vicini si fuerint in pietatis doctrina instructi, ob hanc spem ante obi-
tum ad Lauacrum admittuntur ostendentes, quod qui mortuus est, etiam resurget,
et ob id indiget remissione peccatorum ex lauacrum. Calvinus admisit: Bapti-
zari pro mortuis dico, qui iam mortui censeantur, et qui de vita omnino desper-
uerint. Nimitum ex more veteri, quin postulabatur Sacramentum ab iis,
qui in extremis essent positi, quiq; capud Cyprianū appellabantur Clinici:

XVII. Atque hactenus, qui Baptismum interpretari sunt Sacramentum. Iam qui aliter, Salmero nonnullos recenset, (& mihi lectus Petrus de Collo, Probatione sacrificij Missæ) qui Apostolum velint a consuetudine Veteris Testamenti argumentum duxisse. Nam, in lege fuisse sacrificia mortuorum, docent ex Iuda Maccabæo. Et erat ritus solennis, Numer. 19. ut si quis tangenter caderet homini, & propter hoc septem diebus fieret in mundus, apergeretur aqua die septima & sic mundaretur: si die tertio aspergili non sufficeret, septimo non poterat mundari. Pro peccatis ergo eorum, qui cum pietate mortui fuerant, sed sine alpercione, vel Baptismate discesserant, alij postea de iis solliciti baptizabantur, & Sacerdotes adhiberi curabant ad satisfaciendum pro illis.

XVIII. Sed hoc somnium ipse refutat Salmero : quia nusquam legamus, solitos baptizari alios pro aliis, siue mortuis, siue viuentibus. Nos addimus, etiam sacrificia mortuorum, nulla prorsus doceri in Scripturis: ne in Macabaeis quidem, ut alias docuimus. Præterea, eam ablutionem immundorum ex contactu mortui, non constare factam in spem resurrectarum carnis, qua Apostoli disputatio est. Erat enim potius in remedium ceremonialis pollutionis: cuius ratio aliena erat à peccato.

XIX. Papistis postrema interpretatio est in rem suam: estigitur, inquit Bellarminus expositio vera, & germana: Apostolum loqui de baptismo lacrymarum, & penitentiae, qui luscipitur orando, ieiunando, eleemosynas faciendo: ut sensus sit: quid facient, qui orant, ieiunant, gemunt, afflignant se pro mortuis, si mortui non resurgent? Et ita exponunt, inquit, Ephrem in suo testamento, Petrus Caluniacensis, lib. contra Petrobrusianos, Diony-
sius, Hugo, Gagneius.

XX. At nos mitamur, vel tam subito oblitos Sophistas argumentorum, à se allatorum aduersus præcedentes sententias : vel speras non fore illis vim integrum aduersum se. Primo obiciebat, nō posse intelligi ablutiones pro mortuis, quia nulla legantur in Scripturis. Atqui ne quidem leguntur in Scripturis orationes ieiunia elemosynæ pro mortuis.

XI. Rursus obiiciebant aduersus eos, qui de Baptismi professione explicabant, fuisse dicendum: *Quid faciemus qui baptizamur?* Atqui hic eadem vis est: quia omnes Papistæ orent pro mortuis, & contendant ab omnibus Christianis sic orandum. Hanc obiectiōnē soluit Salmero. Satis est, inquit; aliquos codices ita legere, & consequentia id iuuare. Bellarminus autem, Apostolum argumentari non à consuetudine Christianorum, quæ tanquam noua reiici posset ab incredulis: sed Iudeorum: quasi diceret, *Quid facient illi, qui imitantes Patres ieuant, & le affligunt pro mortuis?* Sed veterque frustra. Nam qui illi codices lunt, qui legunt in prima persona? Nec verum, sequentia iuuare, quæ nouum prorsus argumentum continent. Et tamen si ita esset, ergo iis faueret, quos sperabāit Papistæ se refutaturos. Bellarminus autem, quos incredulos dicit? Gentesne? At haec que reieciissent illam Patrum imitationem. Iudæolne? At Paulus Christianis conatur persuadere Christianolne? ridiculum, hos reiecturos fuisse Christianam consuetudinem. Tum autem, cur maior hic metus incredulorum, quam in aliis argumentis? *Inanis est prædicatio nostra: reperimur falsi testes Dei: Christus non est excitatus: inanis est fides vestra: qui ab dormienti in Christo, perirent: Cur nos periclitamus omni momento.* Quod si his audacter virtus est, quæ omnia sunt à Christiana pietate; cur ab isto debuit abstinere? Denique, consuetudo illa Patrum orandi pro mortuis somnium est Bellarminianum.

XXII. Tertio, obiciebant institutum Apostoli probandæ resurrectionis corporum; quæ non posset concludi, si per mortuos intelligentur peccata. Atqui nunc eadem consideratio est. Neque enim vñquam i apistæ baptizant se hoc modo pro resurrectione, sed pro remissione peccatorum impe- tranda. Quo sensu non potuit dici: *Quid facient?* quo significatur, frustra id futurum, nisi resurgent mortui. Atqui hi P apistarum Baptismi non propter ea frustra fierent: quia ipsa remissio peccatorum non propterea nulla esset: nec non magnum beneficium. Arque adeo suorum Baptismorum fructum non patientur differri ad resurrectionem sive que, sed volunt anticipare, etiam

multis seculis.
XXIII. Respondet Bellarminus: quæstiones de resurrectione, & immortalitate animorum, fuisse coniunctæ tempore Apostolorum, & habitas prævna. Sed hoc verum fuit duntaxat contra Sadducœos, & si qui similes fuerunt, qui, test Epiphanius, non tantum in Æternis reprobatis, sed etiam negabunt mortuorum resurrectionem: sed etiam & **Ægypciis** & **Ægyptiis**: non admittebant esse vellos angelos. Imo Luc. Act. 23. Sadducei dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum. Hi sane, qui simul omnia negabant, refutabant etiam simul. Sed tales fuisse Corinthios, non est verisimile. Etenim, quantum monstrum fuisset, credere vitam æternam, & non credere animas esse? Itaque separanda erant questiones.

bandum; apud eos qui animarum immortalitatem, concederent, etiam corpora resurrectura: quod non poterat fieri argumento a remissione peccatorum.

XXIV. Vnuimtamen pugnat Bellarm' nus aliquot argumentis. Primo, baptizati, passim in Scriptura & Patribus accipitur pro affligi. Marci decimo: Potestis bibere calicem, quem ego bibistis sum, & Baptismo quo ego baptizor, baptizari. Luc. 12. Baptismo habeo baptizari. Cyprianus, de Cœna Domini: Lacrymis se baptizat. Proemio libri de exhortatione martyrij, mori pro Christo, frequenter vocat Baptisma. Nazianzenus, de Epiphania: Scio quartum Baptisma, quod per Martyrium, & sanguinem sit. Scio & quintum, lachrymarum & penitentia.

XXV. Respondeo, non sequi: alias sumitur baptizari pro affligi: ergo etiam hoc loco. Sicut, sumitur Baptismus pro Martyrio, & pro igne futuri seculi: apud Nazianzenum: Ergo hic dicimus Pauli mentem esse, vt quis pro mortuis Martyrium subeat; aut in ignem futuri seculi se proiciat? Non nos quidem vñquam dixerimus. Viderit Bellarm' nus. Et videtur idem argumentum iis esse quos refutauit: nisi forte neget, Baptismum sumi vñquam pro Baptismo Christi. Quid magis ridiculum? Noluit baptizari pro mortuis, intelligi de Baptismo Christi: quoniam constet, hanc vñtratissimam vocis baptizandi notiōnem esse, qua in Scripturis, qua in Patribus: & adeo vñstata; ut iam pene propria videatur: & vult intelligi de Baptismo lacrymarum: qui scel' aut iterum sic occurrat. Hoccine est bona conscientia in rebus sacris veritatis?

XXVI. Secundum Bellarmini argumentum. Pœnæ Purgatorij à Scriptura, à Patribus vocatur Baptisma; Matth 3 Baptizabit in Spiritu sancto, & igne. Sed hoc nos iamptidem refutatum dedimus. Tum autem ridiculū est. Nam quis pro mortuis patitur ignem purgatorium? Imo, inquit, elegantissime Apostolus dicit, eos baptizari pro mortuis, qui afflentes se sumunt in se partem illius Baptismi ignei. Miras, inquam, elegantias. Eleemosynam partē ignis purgatorij: ieunia partem ignis purgatorij: orationes partem ignis purgatorij. Quia liberant ab igne purgatorio? Sic tu, profecto, fidem vocabis, & bona opera, & Christum deniq; ipsum, vocabis partē ignis aeterni; quia liberant ab aeterno igne. Tam sunt elegantes Iesuitarum elegantiae.

XXVII. Tertium argumentum. Quia hæc expostio maxime quadrat cū sequentia. Ut quid & nos periclitamur tota die? Quasi dicat: Cur quidam affligunt se orando pro mortuis, & ego affligo me praedicando Euangelium?

XXVIII. Atqui, inquam, hæc consequentia ratio communis est: ne tu eā tibi soli vendices. Anselmum audi: Inspicientes baptizantur pro mortuis, sperare resurrectionis: cur enim hoc facerent, nisi resurrectiōs sperarent? Et ut quid, id est, quare etiam nos, qui sapientes videmur, periclitamur, id est, pericula propter Euangelij predicationem incurrimus, omni hora, id est, semper, nisi quia speramus futuram resurrectionem: Viden' vt Marcionitarum expostio maxime quadrabat cum consequentibus? Thomam audi: Dicit ergo, non solum frustra baptizantur alii pro remissione peccatorum: sed nos etiam frustra affligimur, si resurrectio mortuorum non est. Viden' vt quæ explicatio mortuos intelligit peccata, maxime quadrabat cum sequentibus? Difficile erat scilicet particulam & explicare, ita vt partim nexus constaret: Vere n. n. ex, potius quam convenientiam Bellarminus inquisivit. At hic nexus longe simplicius explicatione Thoma: Probat propositum, duendo ad tria inconvenientia. Primum inconveniens est, quod frustretur deuotio hominum ad Baptismum. Post paulo: Hic ponit secundum inconveniens & circa hoc duo facit: primo, ponit inconveniens in communi: secundo, in speciali. Quis non videt, quoniam docunque exponas singula in commoda, tamen semper constatarum partium seriem?

XXIX. Sed Peltanus longe aliter subtilis est: sive id non viderit Bellarminus, sine non sit ausus exprimere. Conuenit, inquit, cum iis quæ sequuntur. Nā perinde est, ac si dicat: vt quid me affligo: quid aut vestra, aut mei ipsius, aut mortuorum quoque causa me macero, si non est resurrectio mortuorum: aut si isthac omnia quæ patior, mortuis, vt à peccatis, eorumve reliquis resurgent, non profunt? Nam ad carnis resurrectionem isthac nō proderant, nec proderent, vt quæ certo esse euentura.

XXX. Non esset ergo nouum argumentum: sed præcedentis tantum exaggeratio, suo ipsis proposito exemplo. Atqui omnes, quotquot hæc tenus interpres fuerunt, nouum notarunt argumentum. Thomam vidimus, primum secundumque inconveniens notantem. Nunc Caetanum: Complet a ratione, sumpta ex resurrectione Christi ad probandum resurrectionem mortuorum, adiungit Paulus aliam ad idem rationem, sumptam ex aliis etiam in Euangelio contentis. Hæc enim ratio ex Baptismo sumpta est. Et post: Et haec quoqueratio ex Euangelio sumpta est, quoniam Dominus expedit discipulos euangelizantes continuos periculis. Iustinianum: Nouum argumentum superiori persimile: Salmeronem: Argumentatur etiam Apostolus noua ratione. Lyranum: Consequenter ducit ad alia inconveniens scilicet, quod Christiani, quibus tunc scribentur, frustra sustinerent tribulationes huius mundi. Chrysostomum: οὐ πέλει πορείαν χρείαν τοῦ θόρυβου τοῦ τετράποδος εἰς τὰς εἰρήνας. Viderursus vñdenam dogma aggreditur probare. A suo suffragio.

XXXI. Præterea, vnde illa sunt: aut vestra, aut mei ipsius, aut mortuorum causa me macero? Vnde, si quæ patior, mortuis, vita peccatis eorumve reliquis resurgent, non profunt? Hæc in Apostolus: Hæc Apostolus dixit: Hec Apostolus indicauit an vero intoleranda confinxit audacia? Macero me. Atqui non mäcerabat, ipse se Apostolus, sed alij ipsum mäcerabant: Cur nos, inquit, καὶ των ἀνθρώπων περιτταῖς omni momento? Et quidem: In dies morior. Verbo periculi andi, ait Salmero, comprehendit omnes labores, & cruciatus, per quos in vita disserim adducebantur. Siccine vñs est Papistatum, vt marcerationes suas pericula tua appellent? Siccine etiam ad mortem vñque satisfaciunt pro mortuis? Imo, neq; pro Corinthiis, neq; pro fe, neque pro mortuis, se periclitari dicebat: Salmero, Comprehendit omnes labores, & cruciatus, per quos in vita disserim adducebantur, pro articulo Christi à mortuis suscitati, & pro universalis resurrectione carnis nostra.

XXXII. Sed ad carnis resurrectionem isthac non proderant. Quo sensu, inquam, resurrectione efficienda, an confirmanda? Nā si efficienda, consentio: neq; n. resurrectione independebat, quid patetur in hac vita quisq; quid non: neque cā rem Apostolus tractabat: vt ineptū necesse fuerit Peltanū esse, si q̄ icquā cogitarit eiusmodi. Sed ad confirmandam, confirmandam, inquam, resurrectionis spem, hoc facere; quid animi iis esse dicamus, quinegenit? Chrysostomus: οὐ πέλει πορείαν τοῦ θόρυβου τοῦ τετράποδος εἰς τὰς εἰρήνας.

μαρτύριον τοῦ τετράποδος εἰς τὰς εἰρήνας. Agreditur probare id dogma, à suo suffragio: imo vero non solum suo, sed etiam ceterorum Apostolorum. οὐ πέλει πορείαν τοῦ τετράποδος εἰς τὰς εἰρήνας. Οὐ πέλει πορείαν τοῦ τετράποδος εἰς τὰς εἰρήνας. Οὐ πέλει πορείαν τοῦ τετράποδος εἰς τὰς εἰρήνας. Est autem hoc quoque non faxum, adducere doctores, quæ de eo valde certam habent persuasionem, & hoc non solum verbis, sed etiam rebus ostendunt. Salmero: Efficax est hoc genus argumentandi, à perfectorum magistrorum quotidiano periculo: nam se suag, omnia in periculum adducebant, quod non nudis verbis sed rebus ipsi: fidem resurrectionis comprobarent. Nam invenientur fortasse aliqui, qui glorizant lucri causa aliquando periclitari ausi: qui vero tota vita, inuenies neminem. Nisi enim certi fuissent Sancti de resurrectione omnium generali, stolidissimi hominum fuissent pro ea perpetuo periclitando: imo vanum fuisset & insanum, pro mendacio mori. Nam si Sancti perirent in morte, furor fuisset omnium furorum nouissimus, fame immortalitatem morte sua emere.

XXXIII. Quartum Bellarmino atque argumentum. Ista sententia eadem est cum illa z. Maccab. Si mortui non resurgent, superfluum est & vanum orare pro mortuis. Mirum scilicet, si sibi interdum superstitionis occurrant. Sed nos absurditatem compilatoris Maccabœorum satis confondimus.

XXXIV. Ethac tenus varias expositiones Bellarmino infeliciter considerauit. Supersunt tamen duæ. Una Piscatoris; altera Bezae. Piscator Baptismi susceptionem intelligit, & quidem cuiusque per se: sed τὸ τετράποδον, exponit ritum quandam particularē, apud quoddam, in delecto loci; nempe, vt baptizarentur super sepulcra mortuorum; id est, super mortuos in sepulcris iacentes. Quæ ratio, neque baptizandi vocem, neque mortuorum nomen abducit à sua simplici significatione: Sed hoc, inquit, Beza, nulla idonea autoritate probatur. Nec vero Piscator confirmatur, nisi à verisimili: Neque enim absurdum est, inquit, veteres Christianos supra sepulcra baptizari voluisse, ut testarentur se vñcum Christo mortuos esse peccato: & proper Christum paratos esse mori, ac si iam in sepulcris recondendi essent. Profecto, quæ de facto sunt, in iis periculorum est folis niti coniecturis.

XXXV. Beza, τὸ τετράποδον, non baptizatos exponit passim: sed actiue baptizantes: nempe, voce media: vt loquuntur Grammatici: & referit ad veterē ritu lauandi corpora defunctorum: vt Act. 9. de Tabitha, Factum est per illos dies, vt illa ex infirmitate moreret: quam cum lauisset, posuerunt in coenaculo. Quasi Paulus diceret, itanem esse operam eorum, qui tam diligenter corpora lauarent, nisi eorum speraretur resurrectio. Qui sane fensus non videntur admodum alienus. Quia tamen duriusculum est, βαπτίζεσθαι τὸ τετράποδον, pro βαπτίζεσθαι τὸ τετράποδον; molliuit, vt, τὸ τετράποδον, sit pro βαπτίζεσθαι τὸ τετράποδον. Vel etiam, si passiva vox magis artideat, βαπτίζεσθαι τὸ τετράποδον: τοι τὸ τετράποδον: qui baptizantur Baptismis, qui vñsurpari solent super mortuorum. Quæ subtilitas, si quid videatur habere affectionis, at confidet aliquid est: primo, ex enumeratione toti interpretationi constare, omnino recedendum est à simplicitate, vel vocabuloru, vel phrasu: deinde; nullā occurtere alia, quæ non habeat aliquid ē violentius sive in verbis, sive in phrasis, sive in rebus. Itaque non dubitem sane præferre omnibus aliis: dum nobis aliam certiorem teuoleat Deus.

XXXVI. Verum post examinatas hoc modo varias expositiones, nouam videamus audaciam Feuardentij: qui breuitatem affectans, credo, disputationis, an compendiu laboris in re haud paulo superante captum tuum, cōsultissimum putauit ab hoc conflictu ingeniorū proflus secedere; & generosius rem agredi: De quacunque inquit, Baptismi specie loquatur. Satis constat, illos credidisse, suscepionem talis lauaci mortuorum fuisse utilē & salutarem. Rem nouā: rem miranda, Tantū esse Monacho subtilitas, vt quamcumque in faciem mutentur Pauli verba, ea possit in rem purgatoriam adaptare: in suffragiorum comodū. Etiamne vero, si pro le quisque dicatur Baptisma suscipere: vt cum, pro mortuis, sumitur pro peccatis mortalibus: & , cum pro clinicis: & cum pro spē resurrectionis? Magnum miraculum, si pro se agere aliquid, idem sit tamē quod pro aliis. Demus tamen, & pro mortuis, id est, pro aliis: etiamne Marcionitarum sententia fauet Papistis? Ergo, inquit, comedem necesse est concedere, rem, iti post mortem peccata etiam mortalia, nō remissa in vita. Nam, profecto, Baptisma in eum finem est institutum: & qui sic baptizantur pro mortuis: non prō quibuscunq; baptizati dicebantur, sed pro iis, qui discesserant absque Baptismo. Alii potius certum, απειθεῖσις Ιησοῦς Φίλοις? Atque vtroque virtus laborat Feuardentium?

XXXVII. Sed enim tam portentosæ audaciae fundamenta quæ sunt? Nemo dubitat potest, inquit, quin Apostolus intentionem eorum vt piam probauerit: nequaquam aliter pro argumenti fundamento sumpsisset. Negant, inquam, Epiphanius, Ambrosius, Anselmus, & quicunque allusum volunt ad Marcionitarum traditionem. Ambrosius: Dicendo, quid & nos periclitamur: discrevit personas, ostendens non Catholicos esse qui pro mortuis baptizarent. Et post: Non ergo factum probatur, sed perseverantia fidei in exemplum proferitur. Anselmus: Fuerunt quidam imperiti, qui pro amicis suis qui sine Baptismo defuncti erant, baptizabantur, putantes illis prodeſſe. Nec factum illorum probat Apostolus, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. Paulo post: Inspicientes, vt dicitur est, baptizabantur pro mortuis spē resurrectionis. Ruit ergo Feuardentij fundamentum.

XXXVIII. Quod ædificium? Talem, inquit, consequentiarum catenam vult connectere. Officia sunt pro defunctis, ergo defuncti resurgent. Defuncti sunt abutur, ergo pro eis orandum & offerendum est.

XXXIX. Sed in priore antedens negant, quicunque pro se quenque baptizari sunt interpretati. Nam, baptismū sibi petere in remissionem suorum peccatorum: & in baptismō profiteri, se credere futuram resurrectionem, non significat, opinor, officia pro defunctis. Itaque hoc antecedens, saltē est incertum, donec Feuardentius noua aliqua vel subtilitate, vel audacia firmauerit. In altero, primo circulum ridebunt Logici. Nam, cum, orare pro defunctis, sit officium pro mortuis; certe absurdum est, qui probarit resurecturos mortuos, quia pro eis sit orandum; eundem statim probare, orandum pro mortuis, quia resurrecturi sint mortui. Deinde negabunt consequentiā, quicunque Papistæ micam habent bonæ mentis. Nam quia etiam impij resurgent: Imo etiam Sancti, qui regnant in ecclis; se querent orandum esse & pro imp'is, qui in igne aeterno. & pro Sanctis, qui in gloria. Quod vtūque negant quicunque Papistæ micam habent

bonæ mentis.

CAT

C A P. XX.

De precibus pro omnibus, pro Onesiphori domo, pro iis qui peccant peccatum non ad mortem.

I. Vpersunt pauci aliquot loci, & faciliores. Turrianus: Quarto, cum obsecratur Apostolus, 1. ad Timoth. 2. fieri obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, annon præcipit orare pro particularibus? Si igitur, cum præcipit orare pro omnibus, non excipit mortuos, non enim dixit, pro omnibus viventibus in hoc seculo, sed pro omnibus, vt nō exciperet pie mortuos: præcipit ergo, pro his & illis, atq; aliis in Christo mortuis. Nō crederet, opinor, quisquahoc mōstrū argumēti cuiquā excidisse Papistę, nisi descripsisset ipsa verba ex c. 12. 4. pro Epistolis ad finē.

II. Iubet, inquit, precari pro omnibus: ergo pro mortuis. Negatur, inquit, consequentia: cui similis ista est; iubet precari pro omnibus, ergo pro damnatis. Quis concesserit? Atqui, inquit, non exceptit mortuos. Recte, inquit, sed mortuorum alij damnati, alij non damnati. Quare si nullos mortuos exceptit, ne damnatos quidem. Et, si legitima consequentia est, à non exceptione, ad vniuersalitatem. Ergo, quia non excipiuntur damnati; proculdubio precondit erit pro damnatis.

III. Saltem, ait, pie mortuos non exceptit. Ita est, inquit: sed cur nunc tā restringe? & tantum pie mortuos? Nam, profecto, non est à Paulo. Imo contra: si precondit pro omnibus, ergo pro viuis: neque hoc negent Papistę. Atqui viuorum alij fideles, alij impii. Pro viuis orandum, annon pro virisque nam exceptio nulla est: imo res ipsa contra: quia iubetur orari utique baañator, pro regibus: qui tum erant impii. Si ergo, quia dictum, facienda deprecationes pro omnibus viuis, ideo facienda sunt pro impiis; quia, & hos Deus vult ieruari, & ad agnitionem veritatis venire: similiter, si dictum, facienda itidem pro omnibus mortuis, erunt etiam facienda pro damnatis, nam hi inter mortuos impii sunt. Aut si hoc absurdum: ergo nugax est argumentum, præterea, vt demus excepti pie mortuos: tamen inter pie mortuos sunt etia, qui beatitudine fruuntur in cœlis. Quare, si pro omnibus pie mortuis de preceptione facienda: ergo & pro iis, qui in beatitudine sunt recepti. Quid apud Papistas valde absurdum.

IV. Inepius Turrianus. Quid Feuardentius? Tradidisse Paulum formam orandi pro salute mortuorum. Post, ad Tim. 1. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui. Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Probat, primo, quia tota gens Hebræa, eadem forma, iūdemque verbis orabat pro defunctis. Secundo, quod Onesiphorus esset defunctus; quod probat, quia Paulus iubet salutē suo nomine dici Onesiphori domui, id est, vxori viduæ, atq; liberis: nam, si non fuisset mortuus, illum fuisset nominatum salutatus. Tertio; quod preceut non illi soli; sed vniuersitatem domui, ac familię: in qua erant patres, aui, abauī, atauī, mater, aua, & alii plures, qui pro certo iam dudum obierant. Quarto: quia his verbis, in illa die, diem iudicij, siue peculiari, siue vniuersali intelligat. Denique, quia semel & iterum repetendo verbum optatiui modi, det misericordiam, det inuenire misericordia: aperte & diserte precatur, vt tam ille defunctus, quam parentes, & agnati eius salutem consequantur, nullus familie illius pereat, sed omnes cum eo, per Dei misericordiam requiescant in pace.

V. Pro salute mortuorum. Recte: non memineram ambiguum esse. Itaque, quidquid haec tenus disputatum, jam retroacto. Vicit tandem evidenter reti, fateor orasse hoc loco Paulum pro salute mortuorum: & quia ille oravit, vir tautus: tantus Apostolus: nos quoque, fateor, sic posse: sic orare debere: pro salute, inquam, mortuorum. Sed distinguo: vel, vt oremus saluos fieri, post quā erunt mortui: vel, vt postquam mortui fuerint, orationes sicut pro eorum salute. Priori igitur modo, Paulum orasse, dico, pro Onesiphoro, nec dubitamus etiā pro aliis. Nā, cur dubitemus ipsum fecisse, quod alios iussit facere? Cum n. iussit fieri *Agno* pro omnib. addita causa; quod Deus velit omnes saluos fieri, sine dubio iussit, vt fierent orationes pro salute omnipium: hæc autem salus omnibus contingit post mortem. Ergo iussit orari pro salute mortuorum vel potius moriturorum. Sed hoc quidquid est, nihil ad hæc suffragia pertinet, de quibus disputatio est, nihil ad Purgatorium.

VI. Nimirum, vult ergo Feuardentius, oratum esse à Paulo pro mortuis, post eorum mortem: & ita quidem opus, vt ne deserat sui causam Purgatori. Sed nos negamus, & noua audacia hunc locum proferri dicimus, in tam absurdum rei argumentum. Nam, eadem forma solita esse gentem Hebreorum orare pro iis, qui iam decesserant; concedere possumus: qui scimus, multa alia fuisse apud eam addita legitimæ religioni, quam à suis primis Patrib. accepterant. Exempli gratia: vota nuncupare pro occidentis inimicis, vt Act. 23. Sed superstitionis obseruationibus, cum Paulina pietate, negamus quicquam commune fuisse.

VII. Onesiphorum defunctum, nego colligi ex salute dicta eius domui. Et ideo interpretantur domū, id est, vxori viduæ. Nam, cur non potius, totā domū, id est, tu ipsum Onesiphorū, tu eius vxorē, liberos: seruos etiā? Quo sensu nominatur Stephanus Stephana domus, 1. ad Cor. 1. Baptizauit Stephanus domū. Et 15. Nostris Stephanus domum esse primiuit Achæa. Ethoc modo, salutata domo tota, ipse est Onesiphorus salutatus fuerit: sicut, opinor, in Stephanæ domo baptizata, ipse Stephanus, etiā nō nominatus, censetur fuisse baptizatus. Vel aliter, cur non licet Stephanus domū abentis intelligere, ob eamq; causā nō salutatū ipsū Onesiphorū? Et tane videtur fuisse Rom. 10. 1. *καὶ πάντες ἔχοντες τὸν νόμον, οὐ ποιῶσιν τὸν νόμον,* & *εἰπεν: Βούλεται τὸν νόμον, οὐ ποιῶσιν τὸν νόμον,* & *εἰπεν: Βούλεται τὸν νόμον, οὐ ποιῶσιν τὸν νόμον.*

VIII. Cæterū, fuisse tū in viuis necesse est, si verū fuisse tandem Episcopum; quod assertus Iustinianus: Hunc fuisse Ephesinum, eiusq; deinde urbis Episcopum perhibent, quamq; Dorotheus Coronis illi Episcopari adscribit. Et Iustiniano cōsentit Salmero: iste a. erat Ephesinus & fuit postea eiusdem ciuitatis Episcopus, quā quā Dorotheus illi fuisse Episcopū Coronis tradat. Atqui tū cum hæc scriberet Paulus, erat Ephesinus Episcopus Timotheus: vnde Salmero, in hunc locū: *Quanta Ephebi ministravit, tu melius nosti. Significans illū Ecclesia Ephesina, vel sanctis Ephebinis multa supeditasse.* Vt tu, inquit, qui Episcopus eius ciuitatis es, melius quam ego non sis. Enim uero, si tum mortuus Onesiphorus, quomodo potuit deinde, id est, post Timotheum, fuisse Episcopus Ephebinus? Verūtamen Baronius in Martyrologio ad sextum Septembr. tradunt, inquit, *hunc crevit fuisse Episcopū Colophonis: Dorotheus a. dicit, Coronia.* Viderint, quorum interest. Sed vt cunque sit, videtur tum saltem, cum Paulus scriberet, nondum fuisse Episcopus: nullis enim titulis honoratur publicis: nisi forte conias fuisse Diaconum, quum legas, *δέ τοι φέρεις διηκόνον;*

IX. Sed euge; elegantiam ingenij Cerdigerti contemplamini: precatur pro domo Onesiphori, id est, familia: ergo pro paribus, auis, atauis, qui iam prius decesserant. Cur, inquam, quia hi omnes erant in familia Onesiphori. Prodigium Patrem, in familia filij: auum, nepotis, atauim abnepotis. Quod genus hoc hominū est? quæve hunc tā barbaræ morte fert natio? Ut sit filius patris sui paterfamilias: & aui, & atauis? Dicamus ergo à Paulo baptizatū vniuersam Stephanam profapiā, accersito etiā, si placet, initio ab ipso Adamo. Et, quia Onesiphorū verisimile est, fuisse Ethniciū, utpote Ephesinū, dicimus, Paulum precatum esse pro animabus Ethnicorū defunctorum, sicut Gregorium pro Traiani: indeque concludamus, omnes Ethnicos fuisse in Purgatorio. Nam, ita sunt somnia Franciscana.

X. In illa die, id est, in iudicio, siue peculiari, siue vniuersali. Hoc, inquam, concedo: illud nego: neq; dabatur illus locus, in quo per illam diem, significet cuiusque obitus. Et negat Salmero: *In die illa, scilicet iudicij postremi.* Negat Iustinianus: *Quod additum, in illa die, refertur, ut explicat Chrysostomus, ad diem extremi iudicij.* Negat Caietanus, *Orat pro aeterna retributione in die iudicij.* Negat Thomas: *In illa die: in qua scilicet Dominus iudicabit omnes.* Denique, negant omnes excepto Lyano, quā ambiguum fecit.

XI. Enim uero nunc tandem conficit: nulli oppositioni locum relincur. Nam, quid est demonstrare, si hoc nō est? Repetit verbū optatiui modi: ergo precatur, vt, tā ille defunctus, quā parentes, agnatiq; salutē consequatur. Fortiter: strenue: diuine: vt nihil superstiti præter triumphos: nisi molesti esent, & qui negant defunctū Onesiphorū: & qui nomine domus negant cōtineri parentes, agnatos: deniq; vniuersam generis arborem. Absque istis esset importunis, regnabat cucullio. Factum male, cum de tanta spe, tā facile deturbatus est vir magnus.

XII. Fallor: nā, præterho, illi restarent superandi, qui Paulū dicunt precatū hoc loco retributione Onesiphoro, pro meritis suis. Caietanus: *Ratione huius maioris officij orat pro aeterna retributione.* Aquinas: *Meritum misericordia est misericordia, q̄ habebant in Apostolum.* Iustinianus. *Optat a. in illo die misericordia, hoc est, effectū misericordia, q̄ viuens promeritus sit.* Enim uero, quid cōmune his meritis & suffragiis: his meritis & Purgatorio? Nam, vel plura erūt merita, quā reatus: vel totidē: vel pauciora. Si, vel plura, vel totidē: nullū Purgatoriu est. Appendunt enim anima, ut nummi, qui probi, non tantum si lancem depriment: sed etiam si stent in aequilibrio. At, si pauciora, quomo^d ex meritis relaxatio erit in Purgatorio?

XIII. Primā Io. 5. scriptum est: *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat, & dabitur ei vita, peccantem ad mortem.* Est peccatum ad mortem non pro illo dico, ut roget quis. Ab his verbis argumentatus est primus omnis Roffensis, art. 37. contra Luther. Post eū, Pelitanus, Slotanus, Salmero, Gregorius de Valentia. Qui tamen locus à Pelitano agnoscitur difficultis, nec paucos exercuisse, atq; et amū exercere. Imo à Lorino: *vñus de diffictioribus, nō epibola tantū, sed rotius Scripturæ locis.* Adeo in hac præcipue materia quæstūt sunt tenebrae. Cæterū, Roffensis scriptūt, perinde esse, ac si dixisset Ioannes: Pro eo quē constat hinc emigrasse cum desperatione clementiz Dei, nullus oret. Addit Slotanus: *infinians nihilominus pro aliis esse orandum quā hinc recesserūt cū fiducia obtinendē remissionis: frustra n. monūt pro illis desperatib. nō esse orandum, si pro aliis desperantib. nō esse orandum.* Quanquā quid Slotano necesse erat arguētati, quā diserte a uidet Apostolus, iubēt orare pro eo, qui nō peccaret ad mortem? Non jam aiebat ille, nimirū diligentes. Ne ego quidem actum agentes; & meridiano soli faculam alluentes.

XIV. Veruntamē, vnde cōstat, Ioannē iussi: scire orare pro iis qui decesserūt cū fiducia obtinendē misericordiæ: vel nō orandum pro iis qui decesserūt cū desperatione? Nimirum, quia de peccari agatur, que quis sciat non esse ad mortem. At hanc scientiā negat esse posse, nū pot peccantis mortē. Nempe, quia peccatum admortē, interpretatur, vñq; ad mortē, & sic expressit Slotanus: Salmero ēt annotauit, id est, in quo quis peccaverit ad extremitū vñq; spiritū.

XV. Respondeo, torqueri impudenter verba Ioannis, quasi de eo loquētur mortuo, qui viuens olim peccasset. Quod alienū est. Lorinus: *Probabilē, arbitror sermonē hic esse tantū de peccatis virorū, & non de statu iā mortuorū cū mortali peccato.* Probabile, inquit, delicarus Papista. Sed Ioannes ipse fecit necessariū: qui diserte, *οὐ ιδεται ποτε αὐτῷ αἴτης οὐδὲ τίποτος,* *Qui viderit peccantem.* Possum virgere videndi verbum: & tamen concedatur sane Salmeroni, positum pro quovis modo cognoscendi, siue visu, siue auditu certe relationis, siue peccantis reuelatione: at certe *τὸν αὐτογνήτον,* cum qui olim peccauerit, quis sanus interpretabitur?

XVI. Scilicet, mouebit quenquā Salmero, qui, quā legisset, id annotatū ab Oecolapadio, Ignorauit iste bonus vir rationē infiniti temporis, in Hebreo præsertim idiomatico, ad omne tempus extendi solere, nisi aliquid peculiari obster. Dixeris, Demosthenē ēt olim Atticitatē principē, nūc demēt Pythagorica *μετρητὴν*, in Salmerone rediuitū, cui gracissanti, omnes necessariū scilicet submittere, nisi Hebraice rancidulū quiddā tonaret. In vñtroq; ridiculus. Nā, cur infinitū nominat? Nam is nullus apud Ioannē. Et si esset, tamen cū Græcis ēt in infinito sint tā distincta tempora, quā in reliquis modis: absurde dictū, esse p̄ quolibet tempore, nisi quid obster: nō minus quā indicatiū, aut Optatiū. Certe nego, quenquā fuisse tā dōtorū, quā Luc. 4. *εἰπεν Χριστὸς τὸν αὐτὸν εἶναι,* interpretatus sit: *Norant Christum ipsū fuisse:* aut II. *οὐδὲτε αἴσθατα θεωρῶν, νοσίς bona dona dedisse:* & alia infinita. Tanta fuit scilicet, opprobrandæ Oecolapadio ignorantiae.

XVII. Agi de iis peccatis, quæ cognoscantur non esse ad mortē: concedo. Sed non posse cognoscere ante mortē, nego. Nam, minimā peccata, ex quibus Papistæ faciunt venialia, profecto non cōcedunt iudicem esse ad mortē. Nullane ergo ratio, cōrū peccatorū cognoscendōrum: Quid ergo apud eos Cōfessio- narij nugas vendunt? Sed re vera, cuius peccari, peccatorū p̄cepit, id peccatum non est ad mortē: nullane ergo ratio cognoscendi fratrem peccantē, dum viuēt. Quod si est aliqua: ergo & cognoscendi peccatum non ad mortē.

XVIII. Sed peccatum ad mortem illud est, in quo quis perseveret ad mortē vñque. Esto, inquam, etiā Iudas non videtur sic perseverasse in proditio- ne sua: qui tamen, puto, non peccauit peccatum non ad mortē. Sed esto, inquam, huius quidem argumentationis gratia, quid sequitur? Hoc ad summū bonū, non posse cognoscere peccatum ad mortē ante peccatoris mortē. Sed id peccatum alienum est ab hac disputatione. Quod si dicas, si peccatum ad mortē non cognoscitur nisi post mortem: Ergo neque peccatum non ad mortē, in epita consequentia erit. Nam, exempli gratia, cognovit Paulus, incep-

Incestum illum Corinthium, non peccasse peccatum ad mortem. Denique, ut plurimum Sophistis deferam; id tantum sequitur, aliquid peccatum non ad mortem, non cognoscere obitum. Sed quid tum? Non enim Joannes dixit, omne esse cognoscendum. Sed, si scieris, inquit, unde clarum: & posse sciri, & posse non sciri. Cum ergo scies fratrem tuum peccare peccatum non ad mortem tum te vultorare: neque ultius iubet πολυπειραγόμενον.

XIX. Nouum sophisma Petri de Bollo, in authentica probatione Sacrificii Missæ. Si Christus in cruce oravit pro mortuis, ergo etiam hodie orandum pro mortuis. Antecedens probat: quia, ex ad Hebr. 5, oratio confitit pro mortuis a. ita conficit. Quia omnis Sacerdos non tantum sacrificare debeat, sed etiam orare pro iis pro quibus sacrificat. At Christus sacrificauit seipsum pro viuis, & mortuis: Ergo idem oravit pro mortuis. Iterum: si non oravit pro mortui: ergo consequens erit, eos mortuos seruatos esse absque intercessione Christi.

XX. Atqui primo, negatur consequentia. Neque enim fas est, nos facere quæ cuncte Christus fecit. Et vero ab hoc ipso actu, cur non offerri debere nos ipsos concludimus, pro viuis & mortuis: quandoquidem ita Christus? Atqui ab eodem eius officio fuerunt preces, à quo sacrificium. Obtulit tanquam Mediator: precatus est tanquam Mediator. Nos autem qui sumus, qui mediationis partes usurpemus?

XXI. Præterea: negamus antecedens. Negamus, inquam, precatum esse Christum pro mortuis: eo certe genere precum, de quo nunc disputatio est. Precedens enim Papistæ dicunt pro liberandis defunctis à pena, quæ patiuntur. Atqui negamus, à Christo sic oratum fuisse pro quoquam: Ergo, inquit, non fuissent seruati per Christum. Vnde est vis consequentia? Neque n. aut ille expressit, aut nos videmus. Erant omnes fideles adepti salutē per Christum Mediatorem: itaque, non oportebat Christam rogare pro obtinenda illis salute, quasi nondum obtinuerint: sed iis qui nondum obtineant, cui usmodi erant omnes in viuis. Nec vero in precibus, quas curiose descripsit Ioannes, illos alios videmus commendatos. Imo diserte designatos, qui essent in mundo.

C A P. XXI.

Papistica rationes pro Purgatorio.

I. Hactenus fuere classibus quinque distincta Scripturæ testimonia. Nunc rationes erunt à Bellarmino, & Salmerone: magnam illæ quidem partem antea discussæ, sed nunc tamen iterum importuna.

II. Prima, Bellarmini est. Quadam peccata sunt venialia, solaque pena temporali digna. At fieri potest, vt cum solis talibus homo decedat ex hac vita. Igitur necesse est in alia vita posse purgari. Primam propositionem probat variis argumentis.

III. Respondeo: primo, de venialibus peccatis confessam rem esse, sua, propriaque controversia: vt nunc nihil sit necesse cum Bellarmino, importune actum agente, ταῦτα λογοῦν. Secundo, de morientibus cum solis venialibus, explicatam rem esse huius lib. c. 3. Summa: si venialia sint à natura, ex notione Papistarum, negatur quenquā mori cum venialib. & solis: quia hec nulla sunt. Itaque, eorum sane causa, nihil est necesse purgari homines post mortem. Sin a. venialia ex eventu; id est, quæ ei per se mortalia, tamen condonata sint, negatur consequentia: Nam, quæcunque condonata, eodem a. eti purgata sunt. Quod autem purgatum est in hac vita, cur iterum purgandum in altera?

IV. Secunda ratio Bellarmini, cum reconciliantur Deo peccatores, non dimittitur semper cum peccato, tota pena temporalis: & potest fieri, & sepe fit, vt in tota vita aliquis non satisfecerit plene pro temporali illa pena. Ergo necessario statutus debet Purgatorium.

V. Respondeo, & hic iterum actum agi. Nam, de pena non remitti, disputatum li. 23. De argumento a. hoc ipso lib. c. 3. Summa est: penam vel tantum esse penam, vel esse etiam correctum. Penam eam, quæ tantum pena sit, negatur est retineri in remissione peccati: quia *δινοφάσις*, opponuntur remissio, & punitio. Penam correctum, concedimus interdum retinendi: sed mori quenquam antequā ei pena satisfecerit, prorsus negamus. Nā certe in altera vita nullæ esse possunt: quia omnes pertinent ad pœnitentiā, quam habent pro fine: atqui post mortem consentiunt Papistæ, pœnitentiā nullum esse locum.

VI. Tertia ratio, est apud Salmeronem quæ apud Bellarminum postrema: quia, quæ sententia negat Purgatorium, est perniciosa. Causa est, quia homines sordides facit in peccatis cauendis, & bonis operibus faciendis. Qui n. cogitat nullum esse Purgatorium, sed omnia peccata post mortem aboleri in iis qui moriuntur cum fide, facile dicit apud se: Quorsum ego labore in ieunio, in precibus, continentia, eleemosynis? Cur fraudo cor meū deliciis, & voluptatib. quandoquidem in morte siue pauca, siue multa peccata habuero, omnia debebuntur. At, qui cogitat remanere præter gehennā, ignem acerimū Purgatorij, & quicquid hī detulerit non fuerit per debitam pœnitentiā opera, ibi diluendum; certe diligenter, cautione euadit.

VII. Respondeo: fieri posse, vt quidam hac sententia abutantur in sui perniciem. Cur non enim? cum Apostoli tempore abuteretur quidam remissionem peccatorum, vt concluderent permanendum esse in peccatis? Et, quid est, quæ so, tam sanctum, tam pie dictum, quo non possit abuti humana nequitia? Id videndum ergo, utrum hæc incommoda nascentur ex ipsius dogmatis natura, an potius adnascentur per accidens. Nos vero negamus nasci à natura. Ratio manifesta, quia Christus, qui negauit, peccatum in Spiritum Sanctum condonandum in hoc seculo & in futuro, idem dixit omne aliud peccatum condonatum iis, scilicet & in hoc seculo & in futuro: & tamen non induxit id incommodi. Paulus negauit ullam damnationem futuram iis, qui sunt in Christo, & tamen non induxit id incommodi.

VIII. Nec verum, quicunque cogitabit abolitum iis peccata, post mortem iis qui moriuntur in fide, cum segnem futurum ad bona opera. Sed eos dunt taxat, qui instar Papistarum nesciunt, quid sit mori in fide, nesciunt, quid sit fides. Nam, qui probe sciunt, idem norunt, nulla peccata delectum iis, iis qui peccata non diluerint per debitam pœnitentiā: nam hoc inculcat, eadem doctrina, quæ Purgatorium negat. Inculcat, inquit, fidē esse quæ operetur per caritatem: at hanc nullā esse in iis, qui dicunt: Quorsum laborare in operibus bonis? Cur fraudare genium suis deliciis? Impiorum sunt voces:

Edamus, bibamus, et as moriemur. Impiis autem nullum Purgatorium, sed nihil præter æternam gehennam suggestum.

IX. Sed, qui cogitat Purgatorium, cautior evadit. Forte, inquam: ersi quæto sit Papistatum vita cautior, qui Purgatorium semper in ore habent, quam nostra, quibus nullum est, argumento Roma esto; vt reliquias orbis partes taceam. Sed vt sit: quid inde? Nam, & infantes cautiores fieri quis nescit, quoties iuridicas cogitant, aut *μέτρα ποιῶσιν*? Etiam Ethnicis otiose putas, & pro nihilo representatos fuisse Αἴαcos, & Rhadamanthos, & Pythagoreton? Sed & Nouatiani hoc pretextu negabant, iterandam pœnitentiam. Denique, nō defunt sui apparentes fines superstitionibus: quas tamen propterea conseruatas non oportuit. Nisi forte vt in Astrologia Copernicus, si Papista in Theologia negent interesse, quibus hypothesibus utare, dum exceptant eadem *συμπληγαὶ ματηναὶ*.

X. Quarta ratio, Salmeroni primo loco constituitur. Status medius potest esse inter perfectam puritatem, quæ est per fidem, caritatemque & summae impuritatem, quæ est per crimina & mortifera delicta. Ergo & locus medius Purgatorijs dari potest, & debet.

XI. Respondeo, hoc argumentum reidem, verbis diuersum esse ab eo, quod est refutatum c. 3. fusus explicatum à Panigarolla. Consequentia negatur: nam hic medius status non est nisi iustitia inhærentis, quam solā Papista agnoscent. Atqui hæc iustitia inhærentis nulla est causa, siue gehennæ vitæ, siue gloriae adeptæ. Præterea, huius inhabentis iustitia, non tantum unus est medius; sed etiam infiniti gradus, secundum intentionem & remissionem: quare, si medio debetur locus aliquis separatus, cur non & reliquis? Imo, quæ ratio conficit propter hinc medium statum aliquem locum mediū seruandorū, eadem vel aliū designabit, vel certe eundem communem dānandis. Nemo n. negare potest, non esse omnes dānandos æ qualiter sacerdotarios. Et hæc, si sunt absurdæ, nō potest legitima esse Salmeronis conclusio.

XII. Quinta ratio, Salmeroni quarta. Post Adæ peccatum statuta est nobis via tribulationum. Cum ergo multi sint, qui vel in vita, vel in morte probati non sunt pro meritis: demus locum pro mortuis in quo probentur; vt mundi & pacificati Deum videre possint.

XIII. Nouum sermonis monstrum: probati in Purgatorio. Quo sensu? An, vt experimento subiiciantur, quo fiat notum cuiusmodi sint? Hoc vero quo fructu? Nam, vel Deo, vel sibi, vel aliis. Deo ridiculum, quasi nescire, cuiusmodi quisque exeat ē vita; vt periculum sit ne fallatur eius iustitia. Et tamē, si concederemus, cur pœna in Purgatorio? Nam hæc nō infliguntur nisi post latā sententiam: nec sententia fertur nisi post cognitā causam. Itaq; in Purgatorio nulla pena esset. Rursus, si adhuc probandi essent Deo, tum Purgatorium commune esset seruandis, & dānandis: non proprium seruandis, vt adstruant Papistæ.

XIV. An ergo sibi ipsis probandæ animæ sunt? Quero, quem in finem. Nam in hac vita, manifestissimum habemus; vt emendentur, & proficiant in pietate: qui finis nullus in Purgatorio aut est, aut esse potest: in quo pœnitentia non datur. Nam, alii probari, quid opus? Non enim ab aliorum ita dicio pender, felices ne an miseri. Tum autem, quibus? Mortuisne, an superstibus? Non istis, qui de Purgatorio nihil resciunt, nisi quantum in scholis garririi audiunt: ceterum, de singularium animalium statu incertissimi. Definitio igitur? *Ἄντερεθόδωσις την πέρηται?*

XV. Nego ergo, quenquam excedere ē vita non probatum sat, si probari necesse fuit. Nam, de mundis & pacificatis, quid sit statuendum, sāpē dictum. Mundi sunt, pacificati sunt onines, quibus remissa peccata proprie Christum. Quibus autem non remissa, dum hīc essent, nulla mundicies, nulla pax vñquam speranda. Quare superfluum Purgatorium.

XVI. Sextam rationem Salmero immiscuit quartæ. Ablato igne expiatorio, regula Scriptura non seruaretur: *Quoniam glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentū & luctum: Apoc. 18.* Cum sepe contingat peccatores vsq; ad extremū vitae spiritum in peccatis perseuerare, & tunc per pœnitentiam conuersti ad Deum, & statim decidere absq; debita satisfactionē & ita tam cito bearentur quam alij, qui de leuioribus peccatis longam egerunt pœnitentiam.

XVII. En tibi regulam scripture! Sed cuius rei regulam? Nam singuli sane loci Scriptura id habent, vt sint veritatis regula: sicut de iis verbis, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, pronuntiauit Nyssenus primo contra Eunomium. *ἐντὸν γὰρ τὸ κακόν τούτον οὐκονομίαν, καὶ τὸν αἰτιούσιαν, καὶ τὸν στοιχεῖον τούτου γενετὴν, Ἡρᾶ appellatioνι* unaquaque dum in natura significatione mente percipitur, regula veritatis, atque pietatis norma, & lex Christianis efficietur. Recte: norma: id sua veritatis, id est, de Trinitate. Ita hoc loco cuius veritatis regula est, illa ex Apocalypsi? Condonatorum peccatorum, an punitorum? Gratia, an severitas? Nam, si severitas, quid ad rem? Hæc enim non Purgatorium statuit, sed gehennam. Estne igitur gratia regula? Scilicet Babyloni gratiam se Deus facturum promitebat. Sed gratiae regulam habemus, ad Rom. 8. Nulla condemnatio est iis qui sunt in Christo.

XVIII. Tam cito bearentur, inquit, qui ad extremū vsque perseuerassent in peccatis, quam qui diuturnam pœnitentiā egissent. Ita est, inquit. Verum, quid tum murmuras aduersus eum, qui omnibus ex aequo distribuit denarium? Ille vero: *Annon licet mihi quod volo facere in meis? An oculus tuus malus est, quia ego bonus sum?* Scilicet hoc tandem seculo nati Iesuita leges dicent iustitiae diuinæ, & ea docebunt iniquū esse recipi in celos nullo discriminē peccatores pœnitentes. Optime: si prius tamē docuissent, quo iure & que admittatur, qui exprimans baptizatur, cum iis qui diu vixerunt in Ecclesia.

XIX. Sexta ratio Salmeronis. Dei misericordia extenditur vsque ad mortuos, sicut etiam Dei iustitia: anima siquidē ex caritate potest esse capax misericordie: ex debito vero pœna, vel ex veniali, peccato obnoxia redditur iustitia Dei. Decedens ergo in veniali, vel debito pœnae pro lethali peccato temporaliter puniatur.

XX. Negatur ante lens. Nemo enim simul obnoxius est iustitia Dei, & misericordia. Nam, qui cuncte est in gratia, liber est à lege. At iustitia Dei, non nisi secundum legem. Quare, qui in gratia, iij non obnoxij iustitia Dei; nimis ei quæ opponitur misericordia. Itaq; debitum illud pœnae, & que avenialis peccati, merum est commentum: nullum enim est debitum, vbi intercessit condonatio. Paulus, 8: ad Rom. *Lex Spiritus vita, qui est in Christo Iesu, liberans me à lege peccati & mortis.*

XXI. Sc-

XXI. Septima ratio Salmeronis implicita sexta. Multa virtutum exercitia pia viventibus subtrahentur sublato Purgatorio: vt fides resurrectionis, Sanctorum communio, opera caritatis, subuentiones pauperum, Dei amore factae, merita, & satisfactiones; & cultus Dei amplificatio ex legatis, quæ pro Ecclesia facillis instituuntur.

XXII. Respondeo, merita & satisfactiones, Papistica esse somnia: Cultus amplificationem per legata, esse auaritiae fomenta, veramque causam Purgatorii asserendi. Quod si ea certa consequentia esset, tum vero omnibus viribus, vel ob hanc solam causam extingendum esset Purgatoriu, vt nulla esset meritorum, nulla satisfactionum opinio, & terminaretur tandem eorum immanis *παρεξία*, qui de legatis illis non cultu Dei amplificant, sed fibi ipsi sacrificant, suoque genio: tantoque absunt, vt sponte dicant sibi fatis esse, exemplo Mosis, qui, Exod. 36. edixit, ne quis quicquam amplius donaret, vt, ne legibus quidem magistratum cohiberet pariantur: quin cum sanguisugaru, n filiabus. Prouerb. 10. semper clament, Affer, Affer.

XXIII. Veruntamen, subducto Purgatorio, perire, aut spem resurrectionis, aut communionem Sanctorum, aut ylla opera caritatis, facilius fuit Salmeroni supponere, quam demonstrare. Atqui Roffensis verba haec sunt ad art. 18. Neque tam necessariq; fuit, siue Purgatorij siue indulgentiarum fides, in primitua Ecclesia, atque nunq; est. Nam, tunc usque adeo caritas ardebat, ut patetissimi fuissent singuli pro Christo mortem oppetere: rara fuerunt crimina, & ea, quæ contingunt, magna fuerant canonum severitate vindicata. Ergo, inquam, Salmeronis consequentiam negat Roffensis, quoad opera caritatis: & adeo negat, vt tum fuerit intentissima caritas, quum Purgatorij nullafuit, aut rarissima mentio: uno verbo in primitua Ecclesia. Quid? in primitua Ecclesia quisquam credat, nullam fuisse spem resurrectionis, nullam Sanctorum communionem? *πάσας γένη διά*. Ergo nugabatur Salmero.

XXIV. Octaua ratio etiam Salmeronis, & annexa sextæ. Constat ex Evangelio, & Actis Apostolicis multos fuisse ad vitam reuocatos, vt puellam filiam Archisynagogi, adolescentem filium viduæ, & Lazarum à Christo, Dorcadia à B. Petro, Eutychen puerum à Beato Paulo. Ifsi autem mortui ab inferno non sunt reuocati; quia ab illo loco nullus evadit: nec etiam sunt à beatitudine iam adepta excitati, quia tunc resurrectione non esset beneficium, quod à cœlesti gloria deiceret. Dicendum ergo est, locum medium Purgatori fuisse, in quo post mortem ad tempus manerunt, donec redirent ad viuos post resurrectionem.

XXV. Verum huic rationi lumbifragium fuit à Peltano, cap. 10. de Purgatorio: Non defunt, inquit, qui ex ea ipsa mortuorum suscitazione nouum huic veritati firmamentum adiungi posse existimat. Verum haec argumentatio non est necessaria: siquidem supra, cum de animarum receptaculis ageremus ex infinito, ostensum est, ex omnibus & singulis sedibus aliquos remeasse. Credibile fit tamen, maiorem partem ex Purgatorio prodiisse, & in hoc sensu argumentum admitti potest. Satis pro nobis. Et si additum, admitti posse: quo nihil potuit ineptius esse. Nam, qui tu admittendum concedas argumentum, & quidem dilemma, cui sit utrumque cornu attritum? Scilicet, ita est Jesuicarum ingenium, ut iuis demonstrans commentis, nullum genus Sophistices indignum putent. Prohibeat Omnipotens, ne mens nobis sit tam non sana.

XXVI. Sedenim, non reuocantur, inquit, ab inferno. Quomodo, inquam, reuocari dicas? An, ut proflus liberentur, an ut duntaxat ad tempus locum mutant in his terris? Nam liberari quidem nos etiam negamus: quandoquidem æterna pena sit. Sed, reuocari tantum, ut ad tempus locum mutant, negamus esse absurdum: et si nos quidem nul um exemplum legimus, non Apocryphum, & redolens Papistica *βασική*, somniationem: quale illud est ex vita Brunonis: & quæ Bellarminus aggerit c. 82. de Purgatorio.

XXVII. Sed, quia causam non videmus, ut negemus in Dei potestate esse tam animas impiorum, quam ipsos Diabulos, quominus iis vtatur pro arbitrio. Nam, & Diabolorum exemplo patet, non propterea non torqueri, quia sint in his terris. Itaque, non inuidemus, siue Bellarmino, siue Peltano, hanc subtilitatis laudem, ut concludant posse quoddam euocari ab inferis, vbi ignis est æternus, in hanc vitam.

XXVIII. Nec sunt à beatitudine excitati. Similis ratio negandi: & exempla constant etiam authentica. Nam, saltem Dorcadiam illam, A. C. 9. plenam operibus bonis, & elemosynis, quo iure detrudent in Purgatorium? Non dubito, inquit Lorinus, qui opera ipsa plena essent coram Deo suo, quibus illa erat plena: ut non tantum bona, sed bene quoque fieren, & responderent persona & gratia illius. Neq; nobis, profecto, persuaderi quisquæ facile, Lazarū fuisse in igne ylo.

XXIX. Sed resurrectione non esset eis beneficium. Quis enim affleruit, inquam? Nisi beneficium interpreteris, ipsum illud mitti à Deo. Non enim dum, non in infimis partibus beatitudinis esse, cum quis se penitus vtendū Deo permittit. Sed alioquin beneficium id illis datum, ut ad tempus redeant in carnem nulla verisimilitudo est: nisi si ea in perpetuum est potius: quod ego quidem neque afflererim, neque negatim. Vnum constanter negatim, quenquam propterea deiici cœlesti gloria. Nam, si mitti in hunc orbem, deiici est, certe Angeli quotidie deiiciuntur. Quod est absurdum.

XXX. Itaque Bellarmini non ferenda audacia, qui nouis, propriisque, ac suis commentis nimium indulgens, notis locis fabricatur, quasi non satis esset ineptiarum: Si aliqui sancti viri, inquit, redierunt ad corpus, non fuerunt beati: sed Deus prævidens eorum excitationem, distulit eorum beatificationem, & interim detinuit eos in optimo aliquo loco. Atqui longe prestabat rem obscurā permittere Deo, quam temere houis indulgere somniis. Ego longe putem verius, constare Deo rationem, quomodo & in vitam redeant, & simul perfici eis solida beatitas, in cuius possessionem missi fuerint ipso mortis articulo. Nā, vt dixi, Angelos cōtinuo ferme per uniuersum orbē discurrere, & tamen à sua beatitudine nunquam exulare certum: imo, faciem Dei videre semper.

XXXI. Quiescone? an noui Thrasonis nouam temeritatem castigo? Is se De Raonis nominat: qui gemina impostura ausus docere, Lazarum fuisse in Purgatorio. Vnam audi. Non fuit in Paradiso: non in inferis damnatorū. Ergo in Purgatorio. Cur non? Quia Lazarus adiuuabatur. Hoc probat ab etymo nominis: quia Lazarus adiutum significat. Non adiuuantur autem, qui in Paradiso: non enim indiget adiutorio qui ad metam peruenit. Non qui in inferis: qui penitus deserti a Deo. Alteram vide. Lazarus dormiebat: teste ipso Christo. At non dormiunt, qui in Paradiso: quia somnus imago mortis: in Paradiso autem nulla mors, mortis umbra. Non qui in inferis: nam in his mera mors: non vero mortis imago.

XXXII. Piget refutare. Nam quid ineptius? Atqui Lazarus, non signifi-

cat simpliciter eum qui iuuatur: sed qui à Deo. Cur autem negantur adiuvari à Deo, qui in ecclesiis? Peruenient ad metam: quid tum an non oportet in eo ipso sustentari quo peruenient? Deinde: quis iussit nomina imponi hominibus, vt non significant ea quæ ipsis contingunt in hac vita? Scilicet Adamus tertium filium. Setum dixit, quia depositus in cœlis pro Abele. Scilicet Iacob supplantatus erat in cœlis aliquæ. Apage nugas. Ergo Lazarus dictus quia expertus est in hac vita diuinum auxilium, maxime ad salutem.

XXXIII. Somnus imago mortis. Neimpe igitur nouus Thraso, non potuit ab Apostolorum errore: immo à Christo ipso discere, Somnum hinc non imaginem mortis esse, sed ipsam mortem. Tam admirandum sapit. Sed nullus mortuus in Paradiso. Prorsus fallum, inquam: Et contra verum: nullus in Paradiso non mortuus: si Christum excipias, & Enochum, & Eliam. Sed pene ridiculum est, somnia absurdissima terio refutare.

XXXIV. Nona ratio Bellarmini, ab apparitionibus animalium, quæ se in Purgatorio esse renuntiarent, atque opera à viuis implorarent: quas apparitiones cum viri grauissimi retulerint, non immerito veras fuisse credimus: rideant licet Lutherus & Magdeburgenses. Gregorius, Dialog. li. 4. c. 4. & 5. Greg. Turonicus, de gloria Confessorum c. 3. Petrus Damiani, epistol. ad Desiderium. Beda, in historia Anglorum, lib. 3. c. 19. & lib. 5. c. 13. Bernardus, in vita Malachie. Guillelmus Abbas, in vita Bernardi c. 10. Item, vita Angelini. Vincentius, speculi historialis lib. 23.

XXXV. Atqui nullum argumentum adhuc fuit minus dignum Theologo. Nam primo, hæc ratio discendæ veritatis a mortuis improbarat à Deo. Elia c. 8. Nonne populus à Deo suo requiret: Pro viuentibus mortuos? Ad legem & testimonium. Luc. 16. Habent Mosen & Prophetas. Itaque, debet eadem ratio prius displicere. Dico amplius, mortuorum reuelationes Scriptura nullas exhibet: nullas item ætas Ecclesiæ proxima Scripturæ, ab ea ætate, quo tempora remotissima fuere, eo iactauerunt maxime: & semper in iis dogmatis, quæ paulatim obrudebantur præter Scripturam. Et initio, quidem cū speie aliqua moderationis, cuius postea publica vi refractis omnibus repagulis, non iam singula insinuarunt se, sed turmatim irruperunt.

XXXVI. Secundo, non tantum in numero immenso fuit impudentia: sed in ipsis narrationibus tam procul recessum à communis sensu, vt mirari liceat, *τὸιούς μου τούς, & τούς οὐ τούς τούς*: quæ neque veri neque verisimilis rationem villam tenerit. Dicas, nutrices audiri suis infantilis illudentes, confictis ex tempore fabulis, quarumvis nulla, nisi immanibus & portentosis circumstanti phantasiam percellant, & ponant extra se; mutantque adeo admirationem ipsam in stuporem: mere brutum stuporem: Quaris fidem? Ab ipsis narrationibus habebis: quarum, si iussus sim, *τοῦ θρησκευτικοῦ μνήματος αναποτελεῖσθαι*. Elegit, puto, Bellarminus modestissima, sed cuiusmodi tamen? Bene quod puduit recitare. *πατασιος* Gregorij Diaconus miræ sanctitatis, Laurentio contra Symmachum ad häcerat, in eius criminis supplicium damnatus fuit seruitio thermarum, itidem aliis quidam incogniti nominis. Id credant Papistæ, nec sint fungi? Nam seruita erant corporæ. Quis autem docuit actiones corporeas, id est, pedibus calceamenta detrahere, vestimenta suscipere, exenti de caloribus sabana (quod vocabulum quid monstri est? Nisi forte sit Hispanicum. Nam Hispani linteæ dicunt *sauanas*) præberere, quis, inquam, docuit, hæc ministeria, supplicia esse animalium? Iustus quidam Monachus depreheaus sibi recondidisse tres aureos, tam sevus punitur à Gregorio, vt cadaveri iussit superici nummos cum his verbis, *Pecunia tecum sit in perditione*. Post dies triginta tantæ seueritatis Gregorium penituit: iussit totidem diebus pro eo offerri sacrificium. Ille tandem apparet, sibi renuntiavit bene esse; communionemque accepisse. Hoccine verisimile, in Purgatorio quenquam communionem accipere? Quanquam non in Purgatorio: si in perditione. Ab his reliquarum esto iudicium: nam piget persequi!

XXXVII. Veruntamen, inquit, eas apparitiones viri grauissimi retulerunt: ergo veras fuisse credendum. Nisi, inquam, consequentia obstatet Canus, Locor. lib. 11. c. 6. Negare non possumus, viros aliquando grauissimos in diuorum praesertim prodigiis describens, sparso rumores & excepsisse, & scriptis etiam ad posteros retulisse. Quia inre, vt mihi quidem videatur, aut nimium illi sibi, aut fidelium certe vulgo inducerunt: quod vulgus sentiebant non tantum ea facile miraculo credere, sed etiam impense flagitare. Itaque, signa nonnulla, & prodigia Sancti quoque memoria prodiderunt, non quod ea libenter credidissent, sed ne deesse fidelium votis viderentur. Nota, viros grauissimos, viros sanctos. Quos illos? non autorem Legendarum aureæ: Quos ergo? Veteres ex usu & sanctis, & eruditos viros, quorum & libros, & nomina voluente ascribere pudor me & religio vetaret, nisi contra Veteres, ne mes bac taciturnitas plerisque causa esset, vt aut damnarent, qua non intelligerent, aut errore vario circum Sanctorum omnium historias vagarentur. Atque Theologum etiam admoneri opera pretium est, ne id statim illi persuasum sit, omnia que magni autores scriperint, videntur esse perfecta.

XXXVIII. Et nominatim: Summi enim sunt, homines tamen. Que ego eadem de Beda, atque Gregorio iure fortasse ac vere dicere possum. Quorum ille in historia Anglorum, hic in dialogis, quedam miracula scribunt vulgo iactata & credita, que huius praesertim seculi Aristarchi incerta esse censemur. Evident histories illas probarem magis, si earum autores iuxta presertim normam seueritati iudicij curam in eligendo maiorem adiunxissent. Et sunt tamen, Gregorius, Bedaque, in testibus Baronij, Gregorij Turonicus elogium habes apud Baronium, anni centesimi noni § 49. Sed hæc, sicut alia plura, autoris simplicitati multa tam facile admittuntur: donanda sunt, prout etiam Hildanus excusat, sic dicens. Caterum, parcendum est simplicitati viri religiosi Gregorij Turonicus Episcopi, qui multa aliter quam veritas se habet, estimans, non calliditatis astu, sed benignitatis & simplicitatis voto, literis commendauit. Patiatur ergo Bellarminus sanioris iudicij viros amouentes hæc quæcumque sunt apparitionum portenta; & recufantes in re tanta naniis anilibus oblectari.

XXXIX. Decimam ac postremam, rationem Bellarminus exhibet & Salmero, à communi, & indita opinione omnium gentium, apud quas semper obtinuit fides Purgatorii: & semper in cōsuetudine positū, vt viuentes mortuis suffragia impenderent. Hebreorum ex 2. Macab. & Iosepho in libris de bello Iudaico. Mahumetanorum, ex 10. art. fidei in Alcorano. Ethnicorum ex Platone, in Gorgia, & Phædone. Cicerone, in somnio Scipionis. Virgilio Aeneid. 6. Claudiano, in Ruffinum libr. 2. Ouid. 2. Fastor. Seneca de Consolatione ad Martiam. Plinio. Argumentum per partes Peltanus explicat. Quod omnibus gentibus ac nationibus certo persuasum, & ab ipsa quasi natura insitum

in statum est; id utique non aliunde, quam ab ipso naturæ autore ortum est. At qui omnibus immortalitatem animæ creditibus semper persuasum fuit, promeritas pœnas iis post hanc vitam paratas esse, qui in hac vita officio probe fundi non essent. Ergo.

XL. Quid illud est, inquam, ab ipsa natura? Aut, cur non rotunde ab ipsa natura? Similiter Bellarminus: *Illa, in quibus fecerunt omnes nationes conuenient, vix possunt aliunde prouenire, quam à naturali lumine omnibus hominibus communis*. Non dixit, non posse: sed tantum, vix posse. Vnde inquam, hæc titubatio? Annon ex proprio conscientie sensu? At qui, qui timide petit, docet negare. Itaque negamus, ea, in quibus omnes fecerunt nationes conuenient, prouehire omnia ex naturali lumine omnibus hominibus communis. Et confirmamus, non longe petito exemplo idolatriæ. Nam omnes ferme nationes confenserunt in diis non veris adorandis: ne exceptis quidem Iudeis, qui nec seuerissima legelata poterant contineri. Alterum exemplum, fornicationis, cui vix in peccatis locum fuisse apud gentes, notius est, quam ut quisquam ignoret.

XLI. A clane maior est duntaxat vera de paucis quibusdam, & primis axiomatis, seu *νομίσματοις*; quas extingui Deus per peccarum non est passus, ut Deum esse: eundem esse colendum; iustitiam exercendam, qui exercebit, beatum futurum: qui neglexerit, huic poenas deberi: qui post peccatum volet poenas effugere, huic opus esse purgatione: & si quae sunt talia vniuersalissima principia. Ast ab his principiis, quoties deuenientum fuit ad *περισσότερους*, quae illa tam lata laxaque initia coercerent & applicarent, tum vero patere horrendas menti offusas tenebras: tum titubare ingenij humani imbecillitatem: tum prodere se ignorantiam. Paucis & efficacibus verbis Paulus dixit: *μακράνθητε τοῖς Διδάχοις τούς αὐτῶν, η̄ εἰσεριθήτησθε αὐτῶν* nequitas, Vanifacti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebratum est despiciens cor eorum.

XLI. Hoc vero, quo de nunc agimus, ad hypotheses pertinet, non ad theses, sive vniuersalia illa principia. Nempe, ut agatur de modo purgationis, per quam reconciliati Deo peccator possit. Atque hic non tantum à reliquis ex epis̄ p̄aejudicium: ut quia, posito Deū esse, erratum est in definendo Deo: & posito colendum esse, erratum in cultu constitudo: peccatum in beatitudine, eique opposita miseria assignanda, etiam si recte positam̄ fundamenta: sic nemo miretur, et si, ut cunque restituendis hominibus opus esse propitiatione agitur sit: tamen in propitiationis modo allucinatos esse omnes homines. Sed est etiam propria causa, à rei ipsius natura. Nam propitiationis genus, quo Deus voluit placari, neque cognitum est; neque etiam cognoscere potuit ab ullis, ne dum ab omnibus hominib. Vere enim arcana est absconditum à seculis: nec scitum à quoquam, nisi per reuelationem diuinam.

XLIII. Sic mihi uno compendio satisfit omnibus illis Iudeis, Mahometanis, Ethniciis, quorum pompa aduersarij, quasi in Capitolium deduxerunt. Nam Iudei, ne quos id nominis decipiat, non iij sunt, qui à Scripturis docti: sed, qui suis cogitationibus indulgentes, sero tandem noua placita inuixerunt: quæ à Deo reuelante, nulla habuerant: sicut, qui Christiani ab initio solis Scripturis hærebant, postea, lapsu multorum annorum aceruarunt quicquid fuit humanorum deliriorum, & tandem facti sunt Papistæ. Nam de Machabæis, quorum nomen hic iterum præexitur, actum quod satis.

C A P. XXII.

Quæ ex Patribus citentur pro Purgatorio.

I. **D**euentum ad Patres tandem, in quibus maxima spes Papistarum : & visi sane aliquanto commodiores quibusuis Scripturis:nam, his nec senius erat facilis, nec verba nou remota: itaque, variis erant machinis torquenda. At, Patrum & verba fuere admodum similia: & sensus tam propinquus, ut leui dissimulatione potuerit fieri Papisticus. Sed nobis certum tamen, interpolasse Papistas sententiam, recessisseque ab eorum, quos laudant, placitis, vnde iusta nobis exceptio : ut quorum doctrinam non probarint, eorum ne nos premant autoritate.

II. Sed, ut solidius agamus, omnes Patrum collectos locos distribuam in classes duas: quarum prior eos continebit, qui citantur ad probandum directe Purgatorium: posterior, eos qui pro precibus, sive suffragiis mortuum. De scribam illos primum, Græcos tum Latinos.

III. Graecos habent paucos. Primum Origenem hom. 6. in Exod. Qui salvus fit, per ignem salvus fit: ut si quid forte de specie plumbi haberet admixtum, id ignis decoquat & resoluat, ut efficiantur omnes aurum bonum quia aurum terra illius bonum esse dicitur, quam habituri (an potius habitaturi) sunt Sancti: & sicut fornax probat eum, sic homines iustos tentatio. Veniendum ergo est omnibus ad iguam, veniendum ad conflatum. Seder enim Dominus, & conflat, & purgat filios Iuda Sed illuc cum venitur, si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igni resolutum, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et si quis plus illuc plumbi detulerit, plus exsurbit, ut amplius decoquatur: ut ei si parum aliquid sit attrahatur tamen residat. Quod si aliquis illuc totus plumbus venerit, siue de illo hoc quod scriptum est: demergetur in profundum, tanquam plumbum in aqua validissima. Ex eodem citant hom. 3. in Lexit, vicefimam quintam in Numeros in Ptol. 36. tertiam duodecimnam in Hieremiam.

IV. Greg. Nyssenus, in oratione pro mortuis: *Vel in presenti vita precibus, sapientiaque studio purgatus, vel post obitum per expurgantis igne fornacem, ad pristinam vellet redire felicitatem. Et infra, Non poterit a corpore egressus diuinitas particeps fieri, nisi maculas animi immixtas purgatorius ignis abstulerit. Et post pauca: Aliis post hanc vitam purgatorioigne materia labes abstergentibus. Ex oratione in illud, Tunc Filius subicietur, Feuardentius notauit. Nos in eandem gratiam restituendos esse, qua Deus nos creauit, quando per ignis purgatorijs fusionem transierimus.*

V. Nazianzenus, oratione in sancta lumina circa finem : *In altero uno igni baptizabantur, qui postremus est Baptismus, nec solum acerbius sed & diuturnior, quis crassam materiam instar ferri depascitur, utique leuitatem absunt, Batil.*

in Isa. 9. Si igitur per confessionem detexerimus peccatum; iam succrefens grāmē arefecimus; dignū plane quod depaſatur ac deuoret purgatorius ignis. Et rurſus: Non omnino modam internacionem & exterminium comminatur sed innuit expurgationem suixia Apostoli ſententiam; ipſe autem ſaluu erit; quaſi per ignē Theodor. in Scholis Græcis; prior. ad Corinth. 3. Hunc ipſum ignem purgatorium credimus; in quo anima defunctiorū probantur; & repurgantur ſicut aurū in conſlatoio Oecumen. in eundē locū ſaluaribit & ipſe quoq; non tamen citra dolorē ut par est eū qui tranſit per ignem; & à concretis leuioribus maculis expiatetur.

V. Latinus sunt plures. Tertullianum Taurerius citat, ex de resurrectione carnis: Nemo enim peregrinus à corpore statim immoratur penes Dominum, nisi ex martyris prærogativa scilicet Paradiso non inferis diuersarius. Laurentium Feuardentius, ex 21. Sed & iustos cum iudicauerit Deus, etiam ignes examinabit, Tum quorum peccata vel pondere vel numero prævaluuerint, perstringentur igni, at quo amburentur. Cyprian. omnes, Epist. 52. iam saepius iterata. Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcerem non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse, aliud denique pendere in die iudicii ad sententiam Domini: aliud statim à Domino coronari. Hilarius in Pl. 118. Nobis est ille indefessus ignis obeundus, in quo subeunda sunt grania illa expianda à peccatis anima & supplicia.

VII. Ambrosium Bellatrinus in Ps.36. *Etsi saluos faciet Dominus seruos suos, salui erimus per fidem: sic tamen salui, quasi per ignem.* Etsi non exuremur, tamen tremur. Quomodo tamen alij remanent in igne, alij pertransient, alio loco nos doceat Scriptura diuina. Nempe in mare rubrum demersus populus est Ægyptiorum, transiuit autem populus Hebraorum. Moyses pertransiuit: precipitatus est Pharaon: quoniam grauia eum peccata merserunt: eo modo precipitabuntur satrilegi in lacum ignis ardentis. Hieron. ex fine commentarij in Ieremiam: Sicut Diaboli, & omnium negatorum, atque impiorum, qui dixerunt in corde suo non est Deus, credimus eterna tormenta: sic peccatorum, & impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atque purganda, moderata modis arbitramur, & mixtam clementia sententiam iudicis.

VIII. Augustinus Bellarminus ex 16. c. 16. 21. de ciuitate Dei, de infantibus baptizatis, *Non tantum poenis non preparatur aeternis, sed nec villa post mortem purgatoria tormenta patitur.* Et c. 24. de adultis, qui cum leuibus peccatis decedunt: *Tales constat ante iudicij diem per poenas temporales, quas eorum spiritus patientur purgatos, eterni ignis suppliciis non tradendos.* In 50. homiliis, hom. 16. *Qui temporalibus poenis digna gesserunt, per ignem quendam purgatorium transibunt: de quo Apostolus inquit, Saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Lib. 2. de Genesi contra Manichaeos c. 20. *Qui forte agrum non coluerit, & sbinis eum opprimi permiserit, habet in hac vita maledictionem terrae sua in omnibus operibus suis, & post hanc vitam habebit, vel ignem purgationis, vel poenam aeternam.* In PL. 37. *Quia dicitur, saluus erit, ille ignis contemnitur: ita plane, quamvis saluuus per ignem, gravior tamen erit ille ignis, quam quicquid potest homo patiri in hac vita.*

IX. Eusebium Emistenum Bellarminus accenset, homil. 3. de Epiphania:
Hac pœna infernalis illos manebit, qui amissi eum non seruato Baptismo, in eternum peribunt ibi vero, qui temporalibus pœnis digna gesserunt, per flumini ignem, per vada globis horrenda transibunt.

X. Posthæc longa nominum series. Gregorius Romanus , eius nominis primus: Boetius, Ilidorus, Beda, Petrus Damianus , Anselmus, Bernardus, tum Scholasticorum myriades ; non numero examinandæ; sed in turbam censendæ.

C A P . XXIII.

Aduersus testimonia Veterum, exceptiones legitime.

Nobis ad hanc testium pompam variae sunt exceptiones. Prima omnibus communis. Tum in omnibus religionis mysteriis, tum vero in statu animarum post mortem, nihil posse esse homini cognitum, nisi per diuinam reuelationem. Nam neque experientiam villam esse, & coniecturas incertissimas. Porro, nullum Purgatorio firmamentum esse a reuelatione diuina, praecedenti disputatione, factum esse manifestum. Quin ipsos Papistas aperte satis innuere, quibus in nullo articulo sit tam frequens recursus ad extraordinaria apparitionum argumenta. Qui mos nullus fuit in iis rebus, quæ ex Scripturis sunt certissimæ. Nam nemmo vñquam, vt Trinitatem probaret, vt Incarnationem, vt iustificationem, vt similia, sollicitandam sibi putauit defunctorum quietem: semel duntaxat resurrectionis causa septem dormientes somniati sunt: atque hi non mortui, sed tantum dormientes. Ast hic, quum de Purgatorio contendendum fuit, & quæ ab eo pendent, tum vix villa dies vacauit animabus redeunibus: tum vix vlli, aut Monachi (nam hi præcipue) aut presbyteri: vixilla viduæ non solicitationibus perpetuis inquietæ. Atque id quidem tanto frequentius, imo importunius, quanto itum longius à primis annis. Quo quid erat opus, si iam ab initio fundata res fuit prædicatione Apostolica? Si post etiam rata Patrum perpetua traditione? Coniectura hæc quidem est, fateor; sed vehementer; & pluquam semiplenæ probationis vim habens. Neque enim moturam se inferos illa minata est, nisi cum desit sperare superos flexuram.

II. Secundo : Græcos Purgatorij testes ? Vnde illos ? Atqui Roffensis ad art. 18. De Purgatorio apud priscos illos, nulla, vel quam rarissima siebat mentio. Sed & Gracis ad hanc vque diem est creditum Purgatorium. In tractatu Græco de purgatorio igne , edito vno cum Nilo de piumatu Papæ, sic legimus. Πηγὴ δε τὸν καὶ τὸν πολὺν τελέσθων τελέσθων ἀλλὰ τὸν μὲν πολὺν πολὺν τελέσθων καὶ παρειλθέντων διδουσκάλων, οὐδὲ τὸν δὲ αὐτοῖς εὑρηται τελέσθων, ignem purgatorium, & quoniam in periculum temporariam, inenarrabilem omnino habituram, nos à nostris doctoribus non accepimus, neque Orientalem Ecclesiam ita sentire scimus.

11. Et vero Theodoreti testimonium ludicra res est. Græcis cum obser-
retur, respondam in illo eodem tractatu ad hunc modum: *A φανταγεο-*

IV. Et nobis eadem integra. Nam, quæ verba recitabantur, ea nemo apud Theodoretum vidit ullo loco. Thomas omnium primus reperitur iis vsus, in Summa contra Græcos, quam ego quidem nunquam vidi: sed inde Taurinensis descripsit. Et illico sic, Super id, Si cuius opus arserit. Dicit Apostolus, quod saluabitur, sic tanquam per confessorium ignem, purgantem quicquid interuenit per incantem præterit & vira, ex pulvere saltem pedum terreni sensus, in quo tandem manet, quandiu quicquid corporulentis & terreni affectus inhabet, purgatur. Pro quo mater Ecclesia hostias, & dona pacifica denote offert: & sic per hoc mundus inde prius exiens, Domini Sabaoth purissimis oculis immaculatus afficit. Et ista, credo, obiecta Græcis fuisse.

V. Verum, post Thomam, recenter & nostri ævi Gagnæus Sorbonicus
Græcum Græco loquentem, putauit plausibilius exceptumiri: Similiter (in-
quit, notationibus in t. ad Cor. (¶ Theodoretus Græcus in hunc locum, mit:
τὸν τοῦ πιστοῦ θρησκείαν καθεγεῖσιν ἐν τῷ καθεδρίῳ.) αἱ ψυχαὶ οἵς τε γενόνται
τῷ καθεδρίῳ οὐδὲν εἰδεῖ, hunc ignem credimus esse purgatorium, in quo animæ tan-
quam aurum in conflatorio purgantur. Atque ita nunc videntur malle Papistæ,
quam illud Thomæ, paulo magis redolens stilum Monasticum. Itaque sic
citatut potius à Bellarmino, Peltano, atque aliis.

VI. Enim vero, neque Thomas, tam sanctus auctor, ut eius nomini tuto acquiescamus: neque tam vetus, ut quæ illæ Theodoreti opera viderem, post eum nemo potuerit videré. Gagnæus, ~~et~~ ^{et} ~~et~~ ^{et} denatus, quæ potuit exemplaria Græca habere, quæ nemini prorsus venerint in manus? Certe Heruetus veris tuim alia eius viri opera, tum ihos ipsos in Paulum Comentarios. Nequæsis erat Heruetus, qui hæc putantur tam diserta in Purgatorii causam, dissimulare potuerit. Quis ferat tantam inconstantiam? Sic me in visu est, aut esse potest: ut explicationum viius eiusdemque loci triplex illadinerfas, apud Thomam, apud Gagnæum, apud Heruetum: & quidem tanta, nullam suscipiōrem habeat?

VII. Tertio, cuiusmodi, queso, testimonia corrogantur? Dicam libere, cum alis multis, cum hoc ipso experimento constare manifestissime, à Papis-
tis, vel Patres legi nullo cum iudicio; vel certe magna temeritate nobis ob-
iici; & vnicar hac lpe, fore ut uero sit, nihil ad pugnandum, nihil curemus.
Vterius inquirere, & in nos aegroti corpora admittamus. Denique, nihil po-
test satis pro dignitate clamari, siue in hanc stupidam supinitatem, siue in
hoc vafrum, & impudens artificium. Conuincat res ipsa.

VIII. *Origenes eis testis. Origenes? qui vir tandem? Norunt omnes imputissime scriptisse, tum de aliis, tum, quod ad hanc rem pertinet maxime, de statu anima post hanc vitam de animalium, inquam, purgatione. Testis Augustinus, in hexaibus, c. 43. Sunt & alia huius Origenis dogmata, que Catholicæ Ecclesiæ omnino non recipit: in quibus nec ipsum falso arguit, nec potest ab eius defensoribus excusari; maxime de purgatione & liberatione, ac rursus post longum tempus ad eadem mala revolutione rationalis unito se creatura. Quis enim Catholicus Christianus, vel doctus vel indoctus, non vehementer exhortat eam, quam dicit purgationem malorum? id est, etiam eos, qui hanc vitam in flagitis, & facinoribus, & sacrilegiis, atque impietasibus quamlibet maximis finierunt: ipsum etiam postremo diabolum, atque angelos eius, quamvis post longissima tempora purgatos, atque liberatos, regno Dei, luci que resibi:ni? Haec Augustinus: neque frustra.*

X. Ethunc, qui sic fersit, docuit, scriptum dignum quisquam putet, qui stabiliter, qui persuadeat Christianis Purgatorium? Et non rideat Papistas potius, abutentes similitudine verborum, ut imponant nobis, si forte, incautioribus? Crediderim ego quidem interpolatum hunc ipsum locum ex homilia in Exodum, abinterprete, siue Rufino, siue Hieronymo, ut alias plerunque. Sed haec tamen haesent critici vestigia: Et, si quis plus illuc plumbi dereliquerit, plus exuritur, ut amplius decoquatur: ut, ope parum aliquid sit acrius, purgacum samen residat. Nam, quid illud est, plus plumbi? Credat quis comparat edictum, cum aliis, qui minus: & quanto quis plus attulerit, tanto plus decoqui, quam alterum, qui minus: quod est nostrorum Papistarum somnia.

Sed falleatur. Quorsum enim illud, Et si parum aliquid sit aurum? Aut quis non videt, comparari simpliciter plumbum cum auro: &c. cum in quo plus sit plumbi, quam sit in eodem auri, tamen purgari? Et conspirat illud, Si aliquis illuc totus plumbus venerit. Nam distributio fit tritimembri: qui plus aurum habet quam plumbi: qui plus plumbi quam aurum: qui totus plumbus.

XI. Clarior est, homil. 8. in Leuitic. Donec sumus in carne positi, ad liquidum puri esse non possumus, nisi octaua venerit dies, et est, nisi futuri seculi tempus assuerit. In quo tamen die si masculus est, & viriliter egerit, statim in ipso aduentu futuri seculi purgatur, & statim munda efficitur mater, quae genuit eum. Purgat am namque carnem ex resurrectione accipiet. Si vero nihil in se habuit virile aduersum peccatum, sed remissum, & effeminatus fuit in actibus suis: cuius peccatum tale est, quod non remittatur, neque in presenti seculo, neque in futuro; iste transit & unam & aliam septimanam in immunditia sua, & tertia demum incipiente oboriri septimanam, purgatur ab immunditia, quam, fæminam pariendo, contraxit. Tudin' etiam eos purgandos demum, qui habuerint peccata non remittenda, neque in hoc seculo, neque in futuro: Et hoc Purgatorium est Papistatum? Nota iterum: Purgat am carnem ex resurrectione accipiet; ille sc. qui masculus fuerit aduersum peccatum. Quid hoc est? Non purgabitur, quia carnem purgatam recipiet: & recipiet in resurrectione Nimirum, eos purgandos, qui in resurrectione non acceptori sunt carnem purgatam. Quare, purgatio pertinet ad carnem: & quidem recepta in resurrectione, incipiet ergo a resurrectione purgatio. Viderint Papistæ: quid monstrari alant; cu' sibi patronum adscribunt Origenem:

Si distinxerit quod suum est ab irrationalib[us], seque resperxerit per compositionem vitam, hoc sibi eum purgatorium efficiet immista nequitia, per rationem imperans irrationalitati, ei n[on] possumus tunc praedictorum portio inveniendis, sin quo perturbationum impetus ducet, inclinabit, bestiarumque pellem ad vitia ministrum gradinatricem adhibebit, (admodum ut tuum meus deus) possumus ergo Christum in eis operugnos recedere propter nos aenam. Et n[on] possumus tunc neque aliter sibi post haec consuleri in melius, post exirem ab hoc corpore, cognito quanta sit differentia virtutis & vitij: et n[on] mihi debet ad te mutuari tunc debet nos, mihi tunc regnare in te. Et in mecum habens tunc deum non poterit destrui esse particeps, nisi prius ignis purgatorium excreuerit anima permisitas maculas. Habet similia in oratione de Anima & resurrectione, sed & cap. 21. de officio hominis.

XV. Illustre habemus in his duobus, Origene, inquam, & Nysseno, specimen, vel iudicij vel religionis Papisticæ. Nam, si serio disputatione, quid est, testes eos proferre, quorum testimonium primi ipsi damnare & coguntur; & profitentur? Nam, Prateolus tertium Origenis errorem numerat: *Nec beatitudinem, nec miseriam esse perpetuam: sed omnium impiorum hominum, ipsorumque etiam demonum, tormenta finem habitura.* Bellarminus, de Purgatorio lib. 1. c. 5. hæresin Origenis nominat, qua docet penas gehenna non esse æternas. Et cap. 2. Non defuerunt, inquit, qui adeo Purgatorium probarint, ut nullas penas nisi purgatorias post hanc uitam agnouerint. Ita Origenes sensit. Et lib. 2. c. 1. Secundus error est, omnes malos, tam demones, quam homines, tandem inferno penitus euacuato, saluandos, & proinde omnes penas post hanc vitam esse purgatorias. Hic error Origenis fuit. Vide Sextum Senensem, Bibliothec. lib. 5. annos. 131.

XVI. Sed in Nysseno, qui hunc ipsum annotauerit errorem, damnaturque, Papistam neminem iuuenio; ne ipsum quidem Frontonem Duxum, procuratorem editionis Latinæ: neque vero etiam eum, qui proximæ Græco-Latinæ præfuit. Tnootum in hac obseruo, quos locos prior illa numerabat in indice, eratos in posterioris iudice: quod satis candidate videbatur factum, si & qui disputationes tractant, à male vñcto corio abduci possent. Enimvero quid prodest Origenistas damnare, atque eorum ~~etymologias~~, si iidem illi loci, quibus illa ~~etymologias~~ explicatur, tibi in Purgatorio apprime Catholici indigerantur? Hæc igitur esto in Origene & Gregorio Nysseno testibus laudandis impudentia.

XVII. Hanc Origenistarum ~~et~~ pauci probabant; correxerunt plerique, vel interpolaverunt potius. Vnde longe lateque patens apud Veteres sententia, Omnes animas ignis diuini passuras examen; ersi non omnes tamen cruciatum. Bellarminus, c.i. de Purgatorio 2. *Primus error fuit purgare debere post hanc vitam, tam bonos, quam malos, uno Christo excepto.* Hac sententia solet tribus Alcuino: sed videtur esse non eius solum, sed multorum Patrum. Vir' nomina exhiberi: Origenem, Ambrosium, Hilariū, Lactantium, Hieronymum, Rupertum.

XVIII. Vide mihi igitur incogitantiam, ut durius nihil dicam. His ipsi omnes, Origenes, Ambrosius, Hilarius, Lactantius, Hieronymus, testes obiciuntur. Inducuntur, inquam, probando Purgatorio testes. Siccine? Erroris reos? In hoc ipso cap. reos erroris? Testes sane: quando ita Sophistis liber: sed facile sumiendos, gemino titulo: & quia in errore: neque enim errantium, in eo ipso quo errant, legitimum aduersus veritatem testimonium. Et quia Purgatorium si quod describant, at non certe Papisticum: sed aliud quoddam, tam longe inde dissimum, ut qui Papisticum probant quam maxime, illud publice improvent. Elige tandem, Bellarmine. Nam, profecto, Origenis, Ambrosij, Hilarij, Lactantij, Hieronymi sententia de Purgatorio, vel falsa est, vel vera. Si vera, tum tuum Purgatorium nullum est: si falsa, quomodo haec Purgatorium tuum confirmet?

XIX. Atqui si idem Patres, inquit idem, quos accusare visus Bellarmi-
nus, uno excepto Origene, videntur sano modo intelligi posse. Mirabar,
si Sophista decesset subtilitas. Quomodo autem? Nam aliqui eorum per
ignem non intelligunt ignem purgatorium, sed ignem diuini Iudicii. Qui
isti? Hilarius, & Hieronymus. Alii ignem Purgatorii videntur intelligere:
ita tamen ut per eum transeat Sancti sine villa lassione. Hi autem qui? Lactan-
tius, Ambrosius, Rupertus.

X X. Attendamus. Videntur posse sane intelligi, Hilarius, Hieronymus, Lactantius, Ambrosius, Rupertus. Post video. Sed non potest Origenes saltare. Ettamen, inquam, Origenes: ipse ille Origenes, cuius verba non patiuntur commodam interpretationem, numerum auget testium. Et non est hoc argumentum Punicā fidēi in Papistis? Eos testes suscitati quorū quum ad rem ventum est, neq; verba commode interpretari possint, neq; sententiam non improbare ii ipsi qui suscitant?

XXI. Sed videntur intelligi posse. Magnam Sophistarum iniquitatem. Atqui non dictum, Videntur asserere Purgatorium, sed dictum: *Sunt apertissima loca in Patribus, ubi asserunt Purgatorium.* Hoc cine incepsum hum-
num; ut in terra sit causa Patrum, iusta an iniusta sententia vera an falsa: & ta-
mē certum testimonium pro Purgatorio? Quis hominum capiat animo, vel
a falsis vera concludi, vel ab incertis certa? Nisi Papistis noua si-
xus, ut ex pon auro aurum, sic ex non vero verum eliciendi.

XII. Sed enim, quo tandem fano modo intelligendi? Nimirum, Hieronymus & Hilarius de diuino iudicio Esto, inquam. Sed hi saltem post Originem debuerant eximi à tuorum ordine testium. Nam te ipso arbitro, iudicium illud Dei, non est ignis purgatorius: nisi tu forte manus tidis dicere, alios intelligere de igne purgatorio, alios de iudicio Dei: id est, utrosq; de Purgatorio. At tu non eximis, sed numeras in disertissimis tuis locis. An verum, nulla te bona fide nobiscum agere?

XXIII. Atque hactenus à te ipso tu ipse confutatus es, Bellatmine: imo tecum omnes tui. Ast ego latius agam: atque hanc purgationem animarum demonstrabo ab omnibus ferme Patribus assignatam ultimo illi iudicio, quod furorum est in viuero mundi excidio: atque adeo illi ipsi igni, quo conflagratura sunt omnia. Estne hic tuus purgatorius ignis? hoccine eius tempus? Vin' probari? De Origene, opinor, Origenisq; affectante sententiam Nysseno, nihil nunc opus. De aliis constat.

XIV. Nam apud Veteres longe lateque patuit ea sententia; quæ animas omnes excludebat Paradiso ante resurrectionis diem. Stapletonum testimoniū in Defensione Ecclesiast. autoritat. c. 2. Tot illi, & tam celebres anti-

qui Patres, Tertullianus, Irenaeus, Origenes, Chrysostomus, Theodoreetus, Oecumenius, Theophylactus, Ambrosius, Clemens Romanus, D. Bernardus, omnes huic sententiae, qua nunc in Concilio Florentino, magna demum conquisitione facta, ut dogma fidei definita est, quod iustorum anima ante diem iudicij Dei visione fruuntur, non sunt assensi, sed sententiam contrariam, tradiderunt. Et vero de Chrysostomo confirmat Sixtus Senensis, Biblioth. lib. 6. annot. 264. de Augustino, lib. 5. annot. 169. de Tertulliano Pamelius in Tertulliano paradoxo.

XXXV. Sed latius idem Senensis, lib. 6. annos. 345. qui Bernhardum, in quo
hæc sententia hæreses damnata erat ab Alfonso de Castro, excusat, ob in-
gentem numerum illustrium Ecclesie Patrum, qui ante ipsum huic dogmati au-
toritatem suo testimonio viisi sunt præbuisse. Et statim nomina designat: in qui-
bus, præter iam recentita, Liturgiam Iacobi, Iustinum Martyrem, Laetantium
Victorium Martyrem, Prudentium, Autorem operis imperfecti in Matth.
Aretam, Euthymium, Ioan. Pont. Rom eius nominis XII. Maldonatus,
in Matth. 27. Alij, meo quidem iudicio, etiam absurdius, illud, hodie, ad extre-
mum iudicium extendunt: tanquam dixerit Christus, Amen dico tibi, hodie
mecum eris in paradiſo, id est, post resurrectionem, & ultimum iudicium. In qua
tamen sententia nonnulli minime malis autores fuisse videntur, exhibet qui San-
ctorum animas ante supremum iudicium beatas fore non crediderunt, quorum
magnus numerus fuit.

XXVII. Denique, consentiunt Papistæ, hanc rem nunquam serio definitam in Ecclesia ante Concilium Florentinum circa annum Christi 1450. Verba Pamelii loco iam indicato: Meminerit lector, hunc errorem non officere eruditioni, & pietati tam illustrium scriptorum, quam Ecclesia illorum temporibus nihil adhuc certi de hoc articulo credendum statuisse, sed, citra Synodum Octumenicam Florentinam, aliter sentire non licet. Bellarmini similia sunt, ca. 14. lib. 4. de Pontifice: Respondeo, Ioannem hunc re vera sensisse, animas non vi- suras Deum, nisi post resurrectionem: caterum, hoc sensisse, quando adhuc sentire licebat, sine periculo heresis: nulla enim adhuc præcesserat Ecclesia definitio.

XXVII. Hinc nonnulli loci, quos nobis aduersarii nunc in manus tradunt, censendi sunt. **Ocumeniūs**, in 3. prior. ad Cor. discrete: τὸν τὴν ιπταμένην τε καὶ τὴν μίσεον βάσισαν ἔτικτο μηδὲ εἰπάσθι, νῦν τούτον τὸν εὐθεῖαν καὶ ἀληθινόν οὐκέτι προστίθεται. Εἴ τοι δέ τις τὸν τοπικὸν εἰπεῖν θέλει, οὐδὲν τούτον τοπικὸν εἶπεν. Τοῦτον τὸν εὐθεῖαν δικαιοντας οὐδὲν τούτον τοπικὸν εἶπεν. **Ad apparitionis Servatoris diem examen futurum est**, & **inquisitio exacta**: ac eos quidem, qui bene vixerint, instar auri, & argenti, fulgentiores signis efficiet: nequitie vero operarios, instar ligni, fæni, stipule, consumet. Et post inquisitio, **Phoebus**, τὸν εἰσιτως: Diem dicit iudicij. Detor sit scilicet sine dubio Sophistæ hoc posterius ad Iudicium particulare cuiusq; in morte: sed qua arte eludent τὸν ιπταμένην τὸν τοπικὸν.

XXVIII. Laetantibus erant obscura verba, si non fuissent à Sophistis
destruncata: Idem diuinus ignis, inquit, una eademq; vi, ac potentia, & crema-
bit impios, & recreabit: & quantum è corporibus absument, tantum reponet, ac se-
bi ipse eternum pabulum subministrabit: quod Poeta in Vulturem Tityi trāsku-
lerunt: ita sine ullo reuirescientium corporum detrimento aduret tantū, ac sensu
doloris afficeret. Sed & iustos cum iudicauerit, etiam igni eos examinabit. Tum
quorū peccata vel pōdere vel numero praualuerint, perstringentur igni, atq; am-
burentur: quos autē plena iustitia, & maturitas virtutis incohererit, igne illū nō
sentient: habent n. aliquid in deo, quod vim flammæ repellat, ac respueat. Tāta
n, virtus est innocentia, ut ab ignis ille refugiat innoxius, qui accepit à Deo
hanc potestatem, ut impios urat, iustis obtemperet. Nec tamen quisquam putet
animas post mortem protinus iudicari: omnes in una communis custodia detine-
tur, donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen. Ni-
hil est truncati aut recisi: nunc comparentur partes partibus. Animæ non iu-
dicantur statim post mortem. Omnes retinentur certis locis. Tempus adue-
nit, quo iudex faciet examen meritorum. Quum iudicauerit, igni examina-
bit. Ergo, hoc ignis examen non statim post mortem, atqui Purgatorium
post mortem. Ergo, hoc examen post omnium animarum iudicium: Atqui
tum nullum Purgatorium.

XXIX. Ambr. itidem, serm. 20. super Pf. 118. Scientes igitur, in aeternū manus iudicia omnia iustitie Dei, caueamus ne opera nostra displiceant, & in aeternū incipiamus subire iudicium, nec si aliquid boni fecimus resupino solvamur affectu. Omnes oportet nos ante tribunal Christi assistere, ut recipiat unusquisque quod gessit, sive bonum sit, sive malum: Vides, quia & ipse Paulus assit, ut ipse commemoraret? Causa ligna, causa stipula ad iudicium Dei tecū deferas, quae ignis exurat. Causa, cum in uno aut duobus, habeas quod probebas, in pluribus operibus deferas quod offendas. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: potest tamen Christus per ignem saluari. Vnde colligatur quia idem homo, & salvator ex parte, & condemnatur, ex parte. Audit' iudicium Dei: Et id iudicium, in quo oporteat omnes ante tribunal Christi assistere? Hoc sine Purgatorium Pasticum? Non ea saltē mente dixerat Paulus.

XXX. Eusebius Emilianus ad hunc ordinem pertinere videtur. Nam, et si tempus nisquam exprimat, sive mortis, sive iudicij, tamen re idem argumentum tractat cum Lactantio: & ignem describit in quem omnes venturi sint, tam boni, quam mali, tam iusti, quam iniusti. Et boni quidem, nullum passuri dolorem: malorum vero alij, qui baptismum abiecerint, in eternum damnati: alij qui temporalib. pœnis digna admiserint, periuria, iras, malitias, cupiditates. Recito: *Hac pœna illos manebit, qui amissi & non seruato Baptismo, in eternum peribunt, ad quos dicitur, ut eant in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Hi vero, qui in temporalibus pœni digna gesserunt, ad quos sermo Dei dirigitur, quod non exirent inde, donec reddant nouissimum quadrantem, per fluuium igneum (de quo propheticus sermo commemorat, Et fluuius rapidus qui currebat ante eum) per vada furentib. globis horrenda transibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta erit pertransiunt mora: quantum accreuerit culpa, tantum sibi ex homine vindicabit flamma rationabilis disciplina: & quantum stulta iniquitas gesist, tatum sapiens pœna desuiciet. Et quia sermo diuinus quodammodo aenea olle animam comparans, pone olla super prunas vacuam, donec incalescat a se ictu, illuc periuria, ire, malitia, cupiditas, qua puritatem nobilis natura infecerant, ex iudicabunt: illuc stannum vel plumbum diuersarum passionum, que aurum dinuja imaginis adulterauerant, consumentur. Quae omnia hic ab anima separari per elemosynas & lacrymas expendit transactio poterant. Ecce sic exigere habet ab homine rationem, qui secundum pro homine dedit, & confixus clavis legem mori fixit. Illic insit velut per amoenos gurgites, incendius naturam suam mutantibus, transmeabant, intata

*N*ibibus corpora ipsiis honorificanda paenit, quia non sunt onerata peccatis. In illos namque astibus nihil licebit, quos ante libidinum flamma non attigit: & quibus prius contulit reverentiam, inferre nescire rationabilis ardor iniuria. En habes quod dicebas, omnes animas eundem ignem experturas: & i. licet, i.e. eodem loco alias puniendas, quasdam in eternum, non nullas ad tempus: alias nullo incommodo afficiendas. Nempe haec representatio est ultimi iudicii: non Purgatorii. Addes, in eodem igne purgari, non minuta quedam peccata, sive venalia: sed quaeunque non concupiscentias tantum, sed & malitias, sed iras, sed pernitas: quae nonnulli mortalia iudicari possunt.

XXXI. Hac non fuere admodum difficultia. Quæ sequuntur faciliora sed maiori cum Sophistarum dedecore: qui Purgatorium querant in ipsa ipsis æterni gehenna. Eos, inquam, locos citarunt Purgatorio firmando, quibus locis Veteres non nisi post ias æternas habuerunt in animo. Potuitne alio esse stupiditas? aut si non stupiditas est, potuitne impudentior impostura exerceri? Attendamus.

XXXI. Nazianzenus Theologus, varia enumerans baptismatum genitum loco baptisma constitutum est, et utrum

X X X I V . De eodem æterno igne Hilarius , quem truncauit Bellarmi-
nus , ne quisquam posset aduertere . In Psal . 118 . ex litera Gimel : *An cum ex o-
mni oris ovo rationem sumus præstituti , diem iudicii concupisimus , in quo
nobis est ille indefessus ignis obeundus , in quo subeunda sunt grauia illa expianda
æ peccatis anima supplicia ?* Audin' tu? Non simpliciter , ut recitat Sophista ,
nobis indefessum illum ignem subeundum : sed cum circumstantia , in illo die
iudicii . Deinde autem , cur indefessus ignis , nisi quia nunquam cestans , id est ,
æternus ? Nec vero quenquam titillat expiandi verbum , quo sibi , sine dubio ,
delicias faciunt Papistæ . Nam id frequenter accipi , pro pœnas sumere , quis
ignorat ? Et tamen , si importuni sunt Sophistæ , tum id lucrificant denique
et Hilarium adscribam illis , qui hanc purgationem assignant ultimo iu-
dicio .

XXXV. Hieronymus proculdubio de æternis pœnis locutus est , ex tempore commentario in Esaiam , sed suo quodam peculiari sensu . Cum n. incidisset in Origenis, illam, quam diximus ; sententiam , asserentem supplicia aliquando finiri, id est , ut loquebatur Bellarminus, nullas esse non purgatorias pœnas : non est ausus directe damnare ; sed molliter inflectere , & locos obiectos explicare de mitiori quidem pœna . quo satisfaciendum putabat Origenistis , sed tamen æterna . Si habet : Qua omnia replicant , asseuerare cœtientes , post crucifixus atque tormenta , futura refrigeria : qua nunc abscondenda sunt ab his , quibus timor vitiosus est , ut dum supplicia reformidant , peccare desistant . Hactenus Origenistarum sensus ; Nunc Hieronymi : Quod nos Dei solius debemus scientia derelinquere : cuius non non solum misericordie , sed & tormenta in pondere sunt : & nouit , quem , quomodo , aut quandiu debeat indicare . Vides ? ut incertos dimittat auditores ? vt Origenistas nec absolunt , nec dancet : Quasi non liqueret . Sed pergit : Solumque dicamus , quod humana cœūcūt fragilitati : Domine , ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me . Et sius Diaboli , & omnium negatorum , atque impiorum , qui dixerunt in corde suo , Non est Deus , creditus æterna tormenta : sic peccatorum , atque impiorum , & ramen Christianorum , quorum opera in igne probanda sunt , moderatam arbitramur , & mistam clementia sententiam iudicis . Nunquam crediderim ab Hieronymo promissam salutem Christianis impiis : itaque moderatam , mistam , & clementiam sententiam , intelligi necesse est , de damnatione aliquantum leuiore , præ ea quæ futura est impiorum negatorum . Quod quidem ut verisimile latius tractatur ab Augustino , de Cœnit . Dei lib . 21. c . 24. & quidem soluente obiectiones Origenistarum : Quibus placet , inquit , istam sententiam usque ad illa impiorum tormenta protendere , saltem sic intelligent , ut manente

Tom. III.

in eis ira Dei, quia in eterno prozniata suppicio, non continet Deum in hac ira sua miserationes suas. Et facit eos non tanta quanto digna sunt peccatum atrocitate cruciarum non ut eas, ut eas, vel nunquam iubent, vel aliquando finiantur, sed ut eas mitiores quam merita sunt eorum, leuore que patiantur. Sic enim et in ira Dei manebit, et in ipsa ira sua, miserationes suas non consumebit.

XXXVI. De ipsius Augustini sententia, vix potest certum quid statui:
Nam primo, purgatorias aliquas poenas post hanc vitam futuras, interdum
affirmare videtur: Genesii contra Manichaeos, lib. 2. c. 20. & illis aliis locis,
quos non omisi, e are Beilarmus. Quanquam homilia illa, qua decimo
sesto loco numeratur in homiliis quinqueaginta, non potest esse Augustini:
tum quia stylus mire discrepat: iam quia magnam partem descripta est ex
homilia tercia de Epiphania, qua Eusebio Etiilieno adscribitur.

X X V I I . Sed asta tamen reuocat in dubium. Ad Dulcitiam q. i. Tale aliquid etiā pessum haec vitam fieri incredibile non est, & aut inuentri eut latere: nonnullos fuijles per ignem quicunq; purgatoriorum, quanto magis minuere bona pereuntia dilectionum, tanto tardius extingue, aliani. Quæ rōtide m veiba repētuntur in Eachiū ad Laurent. c 69.

X X X V I I . Quin enim de harum tempore p̄enarum non fuit certus. Nam virum pertinet ad intervalum inter mortem, & resurrectionem, nō est ausus asserere. De Civit. Dcī lib. 21 c. 26. Post istius sane corporis mortem, dō nec ad illam veniatur, qui, post resurrectionem corporum futurus est, damnatio-
nis & remuneracionis ultimus aies, si hoc tempori intervallo spiritus defuncto-
rum eiusmodi ignem dicuntur perpeti, quem non sentiant illi, qui non habuerunt
tales mores & amores in huius corporis vita, ut eorum ligna, & fenum, & stipu-
la consumantur: aliū vero sentiant, qui eiusmodi secum adīficia portauerūt, siue
ibi tantum siue & hic & ibi: siue inde hic, ut non ibi, secularia, quam à damnatione
venalia concremantem ignem transitoria tribulationis inueniant: non re-
darguo, quia forsitan verum est.

XXXIX. Bellarminus hunc non ignorauit Augustini *διαγέμων*: sed elicit solis suis artibus. Negavit dubitac de pœna animarum, sed de modo & qualitate. In de Ciuitate, an ignis purgatorius sit idem in substantia cum igne gehennæ. In Enchiridio, an post hanc vitam vrendæ sint animæ igne illo doloris de amissione temporalium, quo hic vii solent.

XL. Piger in stare. Nam, quid si inducatur animus Bellarminus negare hunc Solem ipsò meridiē esse supra horizontem? Eiusmodi non est hoc oculis magis impudens, quam aui bus illud. Dixit Augustinus, non nullos fideles per ignem quandam purgatorium tardius citius saluari post hanc vitā, esse incertum. Quis sperat et id cuiquam idem esse, ac si diceret, vredas animas igne doloris de amissione temporalium? Dixit forte verum esse, spiritus defunctorum eum ignem perfici, quem non sentiant illi, quibus non sint ligna, sēnum, stipula: hoccine quemquam interpretari, vtrum idem ille ignis sit cum igne gehennæ: At nos vellemus aduersarios datos, quibus non periret religio.

XLI. Omnes hactenus Patres percurri. Nam de Cypriano non est opus
nunc noui quicquam obsecere. Itaque manifesta res est, nulli veterum Patri^ū
(nam recentiores non est quod curemus) cognitum, assertumque fuisse Pugia-
torium Papisticum. Non enim Origeni, & Origenistis. Non iis qui omnes
animas ad usque resurrectionem suis cellulis includebant: quique poenas in-
choabant a resurrectione: non iis qui purgationem gehennæ ignis æterni as-
signabant. Quibus igitur tandem? Vans nempe Augustinus non nihil indu-
xit purgationi ante resurrectionem: sed, incertus adeo, ut nihil definierit. Ma-
gna vero Papistis triumphi materia.

CAP. XXIV.

De preciis promortis apud Patres.

I. **S**ed viorum tam en pro mortuis suffragia infinitis Patrum testimoniis sunt confirmatissima. Et hinc saltem le confidunt Papistæ confessores suum Purgatorium: non possunt enim concipere, quæ causa fuerit precandi pro animabus defunctorū, si nō essent in tormentis, à quibus relaxari possent.

II. At nobis primo commota exceptio est, hunc orandi morem inducere humana presumptione in Ecclesiam. Sic enim necesse esse: quandoquidem paulo ante, examinatis omnibus, quae ex verbo Dei proferri solent, manifestissime constitit, neque pracepto, neque exemplo villo, firmari. Cum igitur humana presumptione nunquam legitimum sit fundamentum ullius dogmatis in Ecclesia: longe tutius dicat mens pia, Hoc quicquid est precium pro mortuis alegandum: quam admirendum Purgatorium.

III. Nam quod Bellarminus excipit, non esse credibile, Ecclesiam in tam crassulo errore versatam, nullumque fuisse ex antiquis, qui restiterit, frigidum est. Primo, cur Ecclesiam dicit, quasi vniuersam intelligens? Atqui de prima Apostolica; addo, ne huic quidem vicin? nihil tale constat. Atque adeo, ex primis seculis, vincus est Terrullianus, cum Cypriano. Nam, Clemensem Romanum, Dionysium Areopagitam, Athanauum quæstiones ad Antiochum, scripta esse supposititia, soli negant Papistæ: quibus quicquid commodum est, authenticum est. Atqui, nec duo nomina tota efficiunt Ecclesiam: & ambo Africana, non satis testantur vniuersalis Ecclesiæ consuetudinem. Nobis longe mirum est magis, in Ecclesiæ primordiis non fuisse preces pro mortuis, si omnino esse debent: quam postea introductum aliquid nouum, & recessum à simplicitate.

IV. Deinde, errorem cur vocat tam crassum, Sophistæ? Aut cur non membrum ligni, fœni, stipula? Nam nos quidem inde didicimus errore, distinguere: ut alii ipsa Christianæ pietatis fundamenta labefactent penitus, ali si minime: sed ædificari possint super fundamento: hoc est, ita adstrui, ut tamen quicunque fundamentalia sunt saluti Christianæ, non eiurentur propterea. Certe Augustinus eos ippos, qui crederent omnes pœnas futuras purgatorias etiæ merito improbavit, tamen bencvolentia quadam erga mortuos dixit deceptos. Cur non & istos similiter admittamus aliquid indulsisse humanis affectibus potius quam dicamus imperitis fundamenta pietatis? Error esto sane: & si vis etiam, crassus: sed tamen longe distans ab illis erroribus primi ordinis.

V. Sed Ecclesiam in errore fuisse, & neminem restituisse, absurdum. Potentissima sc. demonstratio. Sed qua se Abassini tenuerunt aduersum Papistas apud Nicolaum Godignum de Abassinis lib. 2. c. 18. Annos iam transisse plus

quam mille, ex quo illam profitebantur fidem: si quid in ea non erat à vero abhorrens, qua ob causam torper annos nemo fuerit, quia testis exprebareret errores? Et iterum: In eadem nunc sumus fide, in qua fumus ab initio: ea si recta non erat, cur per tot aetas ac secula nemo repertus est, qui nos errantes commoneret? Audim illuc Aballinos Iesuitas: itide ut hic Iesuitas Aballinos? Sic proficit orbis.

V L. Sed n. obliuiscitur scilicet Sophista eorum quæ volunt, & eum volunt. Nunc autem ita opus est, vt nusquam meminerint altas aliquando Ecclesiastis delapsam in errores aliquos, vt huic vni veritas præiudicetur. At nobis, imo veritati, opus est certa memoria; vt, comparatis omnibus, delinguat certius sit iudicium. Ergo, si nunquam alias vltus error prævaluit in Ecclesia; ne esto sane hic vilus error. Sin autem contra est: quid habent aduersarii, quo insolevant aduersum nos? Non ex curram procul: sed reuocabo in memoriam, quæ paulo ante commemorata sunt. Omines animas ante resurrectionem detinere in obscuris locis, nec videat Deum vllas, aut esse beatas; sententia est erronea, sic appellata diserte à Papistis: ab ipso hoc nostro Belarmino. Et hæc tamen sententia inualuit in Ecclesia. Hoc probatur & confessione Papistarum, qui contra definitum dixerunt deum in Concilio Florentino: & eorum Patrum enumeratione, qui ab his partibus steterunt, qui nec numero, nec antiquitate, nec nomine cedunt his, qui nunc testes laudantur horum suffragiorum. Quid habent Sophistæ?

VII. Sed haec generales sunt praescriptions. Nunc rem ipsam retractemus potius. Dicam libere: Etsi postremis seculis, & hodie maxime, ne cogitari quidem soleant preces pro mortuis, non suppositis i[n]cessu illis purgatoriis, tamen non ita fuisse ab initio: sed multo post, cum penitus recessum a principiis, & degeneratum in alienas adiumentiones, & recentia dogmata. Enim uero, cum sit c. praeced. demonstratum, primo nullas fuisse creditas purgatorias penas ad resurrectionem, postmodum vero, c[on]ceptas nominari, sed incerto assensu: quis non videret, eos, qui has pro mortuis preces frequenterabant, non propterea stabilitum voluisse Purgatorium.

VIII. Verumtamen agam distinctius. Primum, constat persuasi sum
fuisse, animas detineri in locis quibusdam, expectantes diem iudicii viti-
mi, id est, diuinam de se ipsis sententiam: ut demonstratum e. præced. Hæc
vero cur non causa fuit pœcandi pro mortuis? Non igitur Purgatorium.
Nam in Purgatorio, primi m, tormenta sunt præsentia, à quibus postulantur
liberari animæ: deinde, non expectatur iudicii dies: imo, nulla alia sententia,
sed duntaxat præstitutum tempus, quo exacto, nulla noua interueniente
cognitione, quid enim opus euocatur in celos.

XI. *Habemus ergo perspicuum, fusas pteces pro omnibus mortuis; utq[ue] a rei ratiōne, aīēbar Cyrilus, & repetita inde ab Abel nomenclatura, illa Liturgia Iacobi. Quare huiusmodi ptecum non est causa Purgatorium. Nec quae enim omnes mortui fideles in id coniiciuntur. Sed omnes coniici in certos tecūlūs, expectandā resurrectioni, hoc vero, erū non verum, tamen erat persuasum: itaque causa erat precandi.*

XII. Confirmatur secundo: Quia nullis his pteciis postulantur vili-
berari ab vili p̄sonis. Nec tantum in his precibus, sed ne in viliis quidem lo-
cis, quos Bellarminus, aut alius quisquam, recitat ad confirmandum hunc
volum precum. Sed tantum postulantur induci in locum lucis, regni, dei-
cium, & similium: quæ significant non liberationem à tormentis, in quibus
silent animæ: sed inductionem in fruitionem honoris, à quibus adhuc exu-
larent; id est, credebantur exulare. Res patet ex ipsis locis.

XIII. Responder Bellarminus, Augustinum, libto de cura pro mortuis, concludere, preces Ecclesiae prodebet animabus defunctorum: & filiorum quidem, qui in hac vita non fuerint valde mali.

XIV. Insto: me vidisse, & vidisse item apud Areopagitam; sed non dis-
se tamen vlo loco assertum ab Augustino, ab Areopagita, prodesse eas pre-
ces iis animabus, ut eruantur ex tormentis in quibus detineantur. Nam alio-
quin satis erat, ut ad inducendum in lucem in qua non essent. Et amplius di-
co, Areopagitam explicantem hoc quicquid erat mysterii obseruisse, agi de
spes resurrectionis, et ea per lectorum uoces Iudei iuxtagrediens ex xlii. discipulis eius, qui
deceperunt m's cor. Is Iudeis nō possumus in pugnare, aī d's deis in pugnare, tunc t's iudeis
n't d's, iudeis nō d's, iudeis iugis d'd' d's tuis oīglo'ys usq' tenuimus' iust' t'as d's
iudeis nō possumus, d'd' d's. Post absolvit Pontifex preces Deo gratias agentes, & conse-
guenter Ministeri recitatis certissimis in diuinis oraculis promissionibus sacre no-
stra & resurrectionis, sancte concinunt eiusdem virtutis & efficacie hymnos ex ora-
culis Psalmorum.

XVI. Ut minus mirere Ambrosium orant pro iis, quos iam salute fruētes pro certo habebat. De obitu Valentiniani. Nulla dies vos silentio prateribit, nulla inhonoratos vos mea transfibit oratio, nulla nox non donatos aliquia precum mensurum contexione transcurret. Gratianū dicebat & Valentinianum. De obitu fratris: Tibi nunc omnipotens Deus, immortali commendō animam, tibi hostiam meam offero: cape propitius ac serenus fraternali munus, sacrificium Sacerdotis de obitu Theodosii: Tu, Domine, custodiens etiam parvulos in hac humilitate, saluos facio sferantes in te. Da requiem perfectam seruo tuo Theodosio, requiem illam, quam preparasti Sanctis tuis. Illo conseruantur anima eius, unde descendit, ut mortis aculeum sentire non possit, ut cognoscat, mortem hanc non natura & finem, sed culpę. Denique Epist. 8. Non tam dolorandom, quam prosequendam orationibus reor: non mæstificandam lacrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius Domino commendandam arbitror.

XVII. Sunt haec, fateor, preces pro defunctis: & magni quidem affectus.
Nec dubitat Bellarminus in Purgatorio eas animas fuisse. Sed ipsi contradicit Ambrosius: qui iisdem omnibus, pro quibus sive oraret, sine orandum diceret, actu presentem beatitudinem adstruit. Ante Valentianum Gratianus prior decellerat: huius ergo illi obuiam euntem introducit, & in haec allocquentem verba: *Tua ascendenti anima & Gratianus frater occurrit: & complexus eam, dicit, Veni frater meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis, diluculo surgamus in vineas. Hoc est: Venisti eo, ubi diuinorum virtutum fructus pro singulorum meritis deferuntur, & abundant meritorum præmia. Exeamus ergo in agrum, in quo non vacuus labor, sed fœcundus prouentus est gratiarum. Quod in terris seruasti, hic mete: quod illic sparsisti, hic collige.* Aut certe veni in illum agrum, qui est odor Iacob, hoc est, veni in gremium Iacob, ut sicut Lazarus pauper in Abrabe sinu, ita etiam tu in Iacob patriarche & tranquillitate quiescas. *Situs enim Patriarcharum, recessus quidam est quietis & eternæ. Hoc in Purgatorium, Bellarmino: Purgatorium tuum. Pergit paulo post: Nec nos quiudem dubitamus de meritis Valentiani: sed iam credamus, vel testimoniis Angelorum, quod deterga labe peccati, ablutus ascendit, quam sua fides lauit, & petitio consecravit.*

XVIII. De fratre similiter: *De istius beatitudine nequaquam utique dubitare debemus: qui neque ut opulens exultauit in dinitiis, neque ut pauper exigitum, quod habuit, iudicauit.* Et vero tam certus erat ipse, ut putauerit, se in eo fratre iam esse in patria. Lege haud procul ab orationis initio: *Manes enim mecum, ac semper manebis.* Et quidem cum viuere nobiscum, nunquam te patria eripuit mihi: nec iussi mibi utquam patriam prestatisti: & nunc alteram præstisti: eopi eximiam hic non esse peregrinus, ubi melior mei portio est. Quid? quod etiam Sanctis annumerat: *Habeo quas complectar reliquias: habeo tumulum quem corpore tegam: habeo sepulcrum super quod iaceam:* & commendabiliorem Deofuturum esse me credam, quod supra sancti corporis ossa requiescam. Denique, Deo commendans animam, commendat innoxiam. Satin dictum?

XIX. De Theodosio : *Et ille quidem abiit sibi regnumque non depositus, sed mutauit : in tabernacula Christi in ore pietatis ascitus, in illum Hierusalem supernam, ubi nunc positi sunt, dicitur. Sicut audiuit, ita et videmus in ciuitate Domini virtutum. Post Decedens est terris pia anima, et Sancto repleta Spiritu, quasi interrogantibus iis, qui sibi occurrerent, cum seje ad sublimia, et superna subrigaret, dicebat, Dilexi. Iterum : Manet ergo in lumine Theodosius, et Sanctorum cœtibus gloriatur. Illuc nunc complectitur Gratianum, iam sua vulnera non moerentur, quia inuenit ultorem. Qui licet indigna morte peremptus sit, requiem tamen anima sua possidet. Iterum : Nunc se augusta memoria Theodosius regnare cognoscit, quando in regno Domini Iesu est, et considerat templum eius. Superest toror Faultini, ex epist. 7. Hæc ergo quo se habebat modo, tum cum orationibus prosequendam censeret Ambrosius ? Tot igitur semirutarum urbium et dauerarum, terrarumque sub eodem conspectu exposita funera, non tendimoneant, unius, sancta licet et admirabilis, famina decessorum*

*Confortabiliorē habenda r̄: p̄s̄t̄im cū illa in perpetuum prostrata ac diruta
f̄it, h̄c autem ad temp̄s quidem ercta nob̄s, m̄liorem illi c̄ viram exigit. Tē
beatū tuo seculo, Ambrosi. Nani nōstro, Petrus Calteianus, indēm Epis-
copus, ausus in functi Regis Francisci magni, dicere. Credibile esse euāsi-
le Purgatorium, quanquam horraretur omnes ad p̄cēs pro eius anima, ex-
peritus est crabones Sorbonicos, à quorum aculeis seruauit eum non causa,
sed aulica dīcēta: teste Petro Cormerio, de Henrici Regis gestis libro
primo.*

XXI. Quid Hieronymus? Laudat Pammachium ille quidem, quod va-
xoris fauillam, ossaque, eleemosynæ balsamis rigata, usque pigmentis aqua-
tio, ius sacerdotum; unde tibi commodi aliquid Bellarminus sperauit.
Sed de Paulina ipsa quid sentire Hieronymus, oblitus est animaduicere.
Ego sponte segnem excitabo, de industria obliuiosum admonebo. Paulinam
ne igitur in Purgatorio locauit Hieronymus? Mitto sanctam fauillam, ossa
veneranda, cineres quiescentes, quæ cum legeret, cum recitaret Sophista
sperauit ut tibi dissimilanda, sic alii surda aure prætermittenda. Sed hoc cu-
iusmodi est, quod forte non legit, certe recitat noluit, profecto ne nos qui
dem sperauit consideraturos: In calce epistola recordatus sum, quadriga vestra
& proposito, quintam deesse Blasiam, pene oblitus de eloqui, que prima de vo-
bis processit ad Dominum. Vere nam quinque, inter eas duas, videmus esse di-
uisa, scilicet cum sacerdote Paulina dulci somno fruatur: tu quartum medius ad Chri-
stum levius suonabis. Ea tibi Paulinam, in iis quæ præcesserant ad Domi-
num. Hoc sine residere in Purgatorio? En tibi Paulinam, cuius fauilla elec-
mosynis rigabatur, cineres fovebantur. En tibi Paulinam dulci somno fruca-
tem. Scilicet dulcis somnus Papistis pingitur in mediis Purgatorii flammis,
& ut loquuntur ex Eusebio Emilieno, per flumen igneum, per vada se uenti-
bus globis horrenda. O dulcem somnum: sed dignum Papistis.

XII. Igitur Vteres erant solliciti pro mortuis. Hoc nos negare ne possumus, nec volumus. Siue legitime factum, siue fecus: nostra id nunc nihil interest: verum solliciti pro iis, qui non tantum non in gehenna æternam sed ne in temporalibus quidem ullis pœnis: pro iis denique qui in pace quietabant, & cum Christo regnabant. Magnum Papistis paradoxum: sed verum nihilominus.

XIII. Quid ergo, inquit, eiusmodi precebat mortuis? Ridiculum: quasi si incertum hoc unum nobis esset, reliqua perirent. Et tamen satisfaciam: sibi si illis satisficerit permittant. Precebat, inquam, iisdem remissionem peccatorum, ingressum in lucem aeternam, resurrectionis beatitudinem. Hieronymus primus testis, qui Paulinam cineres eleemosynis fotos dicit, quia eleemosyna extinguat peccatum. Testes multae illa Liturgiarum precies. Testis postremus Ambrosius, qui de obitu Valentiani *reveras*: Te quase summe Deus, ut carissimos iuuenes natura resurrectione suscites, et resuscites: Et immaturam hunc vitam istius cursum maturam resurrectione compenses.

XIV. Remissionem peccatorum iis qui in pace quiescunt, qui sunt cum Christo? Vos ergo, o Sophistæ, non didicistis à Christo, peccata dimitti & in hoc seculo & in futuro: id est, iu ipfa quæ remissa sunt in hoc seculo, remitti etiam in futuro? Teneat enim Purgatorium oculos vestros; ne videretis quæ videbatis: aures etiam, ne audiretis quæ d audiebatur. Non à Petro: A Et. 3. unde deleanur peccata vestra, cum venerint tempora refrigerii. Et poster ad Timoth. I. Det illi Dominus inuenire misericordiam apud Dominum in illa die.

XXV. Lucem beatis, lucem iis qui cum Christo? Habet hoc, inquam, aliquid absurdum reuera, neque nos Veteres excusamus. Sed quid iis facias, qui negabant quemquam fidelium esse in luce, id est, in gloria, ante beatam resurrectionem? Et recessus quosdam metabantur, non in inferno, ut nunc Papistae, sed in ipsis celis, sed in Paradiso? Hos si recessus improbent Papistae, gratulabimur nos quidem: sed non propterea non Veteres ita senserint, ita precati fuerint.

XXVI. Confirmatur quarto, quia aliis hæ conceptæ preces ad libera-
tionem à peccatis, non temporalibus, sed æternis: atque his quidem, non tan-
quam quibus detinerentur animæ: quamquam impurus ille autor Sermonis
de Defunctis, qui Damasceno adscribitur, huc totus propendeat.
Tertius.

sed ut ne in eas mitterentur; maxime extre^mo iudicio sive in resurrectione.
Quod certe ad Purgatorium non attinet, in quo qui esse dicuntur, dicuntur
esse extra omnem metum aetern^a gehennæ.

X XVII. Inde est autem apud Latinos formula precum pro mortuis: Non intres in iudicium cum seruo tuo, Domine: quia nullus apud te iustificabis homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quem sumus, tua iudicialis sententia premat, quem vera supplicatio fidei Christianae commendas: sed gratia tua illi succurrente, mereatur cuadere iudicium ultionis, quem dux viueret, in signo eius est signaculo Sancte Trinitatis. Rursus: Oremus, fratres carissimi, pro spiritu fratris nostri, quem Dominus Deus de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulture traditur, ut eum pietas Domini in finem Abrab. Isaiae & Iacob, collocare dignetur: ut cum iudiciorum dies aduenientur, inter Santos & electos suos, eum in parte dextera collocandum resuscitari faciat. Sic sapientia. In Ceremoniali Romano lib. 1. tit. 15. qui est de morte & exequiis reverendissimorum Cardinalium. Oremus. Deus, cui omnia vivunt, & cui non pertinet moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, ut susci, iubeas animam famuli tui N. per manus sanctorum Angelorum deducendum in finum amicitiae Abrab. Patriarche, residuitam in nouissimo iudicio magni die: ut quicquid vitiorum, fallente Diabolo, contraxit, tu pius & misericors ablias indulgendo. Et post: Domine quando veneris iudicare terram, ubi me abscondam à vultu irae tuae: quia peccatus remisit in vita mea. Commissa mea pauesco nimis, & ante te erubesco: dum veneris iudicare, noli me condemnare. Iterum Chorus cantat: Ne recorderis, Domine, peccata mea, dum veneris iudicare seculum per ignem. Iterumque: Libera me, Domine, de morte eterna in die illa tremenda, quando caeli mouendi sunt, & terra: dum veneris iudicare seculum per ignem. Vides finem, fructumque precum pro mortuis?

X XVIII. Ex Missa Sacrificio pro defunctis, recitante Salmerone, disputat. 26. in i. ad Cor. Domine Iesu Christe, Rex gloria, libera animas fidelium defunctorum de paenit inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, nec cadant in obscurum. Et in aliqua quadam oratione: Et quia in te sperauit & credidit, non paenas eternas sustineat, sed gaudia eterna possideat. Quarum precum rationem non aliam videt Salmero, nisi sepe deprecantes ea verba fundere, quae quoscum tendant, & quid postulentes ipsi proficiat ignorant. Elegansime sane, & ut constantem Iesuitam decuit.

XIX. Et, his omnibus obseruatis, sperent se Papistæ, nullo opponente, victoriam reportaturos huius conclusionis. Si orandum pro mortuis. Ergo, Purgatorium est. Discerent faltem à Græcis, quibus semper ha- frequentatae preces: nunquam persuasum Purgatorium.

XXX. Confirmatur quinto, ab Ammuntariis, siue annuis oblationibus. Nam haec festi sunt fuerunt: quo quid absurdius, si in tormentis illis, pro quibus offerebantur, & quidem maioribus, quam que villa ex cogitatione posuimus in hac vita? Nam, eiusmodi animae lugenda erant potius. Dicit ab Origeni 3. in Iobum: Piores diem nativitatis celebrant, unam vitam diligentes, & aliam post hanc non sperantes. Nunc vero nos non nativitatis diem celebramus, cum sit dolorum atque tentationum introitus: sed mortis diem celebramus, ut pote omnia dolorum depositionem, atque omnium tentationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi qui mori videntur. Propterea & memorias Sanctorum facimus. & parentum nostrorum, vel amicorum in fide eternitatem, devote memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis plam consummationem in fide postulantes. Ita itaque non sibi nativitatis celebramus, quia in perpetuo vivent & qui moriuntur. Celebramus nimirum, religiosos cum Sacerdotibus conuocantes fidèles una cum clero: invitantes adhuc egenos & pauperes, pupillos & viduas saturantes, ut fiat festiuitas nostra in memoriam requieci defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis an non efficiatur in odorem suavitatis in corpore aeterni Dei. Hactenus Origenes.

XXXI. Dignus notatu locus, in quo habes, & celebratatem, & festiuitatem: & quidem oppositam, & ebritati, festiuitatique Paganorum in diebus natuitatis: habes memoriam requiei: habes omnium dolorum depositionem, omnium tentationum effugationem: denique, habes imaginem, immo originem dierum festorum, hodie nonnisi, iis dictatorum, qui Sancti sunt appellati *Eungitani*. Et tamen ne putes paucorum quotundam priuilegium fusse, peculiariter induitum ab Ecclesia: habes non tantum Sanctos, sed habes insuper parentes, habes amicos in fide morientes: ut horis esse priuati affectus, priuatæ quiete deuotionis.

X X X I. Atque hinc lucem sumit illud *Tertulliani de Corona militis:*
Oblatio pro defunctis, pro natalitis, annua die facimus. Nam illud, *pro natali-*
tis, est a vii v. No 810, & v. recte Iunius, pro eo quod Ethnici celebabant na-
tales suis sive que siebant illorum natalitorum loco. Omnino ad mentem Or-
igenis. Nam Renatus Laurentius, nimis quam allucinatus, dum annotauit
ethnicum id fuisse aliquandiu toleratum, post damnatum. Nam, appellari
solita Natalitia Sanctorum, dē em obitus, testes Alcuinus, dē diuinis officiis
capite de sexta feria: Amalarius Fortunatus, dē Ecclesiasticis officiis lib. 14.
c. 35. Rabanus Maurus, dē Institutione Clericorum lib. 2. c. 43. Iste, Dicuntur,
inquit, *Sanctorū festivitates natalitia, & merito.* Quomodo enim consueta nasci-
dicitur, *nisi quis de utero matris procedens in lucem egreditur:* ita rectissime po-
test natura dicī, qui à vinculis carnis solutus, ad lucem sublimatur sternam. Quæ
eriam ratio adfertur à Nicolao ad consulta Buloariorum c.

XXXIII. Scio ab his agi peculiariter de solennibus beatorum Martirum, vel Confessorum, sed id vitium dico fuisse eum sequoris. Cui oppono, & Tertullianum, & Origenem, qui longe latius produxerunt, & testes sunt eorum quae consueuerant fieri suis temporibus, id est, primis Ecclesiis seculis: cum nullas adhuc vel nominatam audiuisset Canonizationem Sanctorum: sed priuata deuotione celebrarentur exitus in Christo morientium. Celebraabantur autem cum festiuitate, & gaudio, eo quod denascentes seculo, nascentur celo: quo nihil esse potest magis aduersum Purgatorio.

XXXIV. Eodem pertinet Cypriani Epist. 66. *Episcopi antecessores iobri censuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec Sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes, & ministros voluit auocare. Nam, pro dormitione offerre, quid esse potest, quod accedat ad Purgatorium? Ambigua qui dem phrasis: vel quia obdormiat: vel ut obdormiat, sed hoc posterius absurdum: nam, quis statum beatitatis, dormitionem appellavit? Aut quando,*

Vbi preces auditæ pro aliquo ut dormiret? Alterum igitur restat: & verum: quia orabatur ὁ πετρός καὶ οὐκ εἶναί τοι. Ergo offerre pro dormitione, est, pro iis qui dormiunt. Dormiunt autem in Purgatorio? Valde, opinor, secure; & in-vitramque aurem.

XXXV. Eodem referendus Epiphanius contra Aerium; cui tanquam Achilleo clypeo, confidunt. Is dicit (ait Bellarminus) memoriam fieri in Ecclesia-omnium defunctorum fidelium, tam peccatorum, quam iustorum. Peccatorum quidem, ut illis à Deo misericordiam imploremus. Iustorum autem, ut eos a Christo separemus. Pelanus, tria in Epiphanius notanda: preces spiritibus prodesse, etiam si non totam semper eorum culpam absument. Pro defunctis orare, ut à peccatis absoluantur, ceremoniam esse à Patribus, hoc est, Apostolis, corumque successoribus, acceptam. Ecclesiam necessario hoc pietatis officium defunctis impendere. In quibus vix quicquam est finiti, aut expers Iesuiticae artis.

X X X V I . Recito locum : quem iam Iunius & recitauit , & iudiciose excusit . Aerium accusauit , quod exprobraret Catholicis recitari nomina defunctorum , τι τὸ λόγος ; Ιανάλει διαμέλεται ερωτησε θεοκράτων ; Quaratione περὶ μορτουρίου recitatis nomina mortuorum ? Et disputabat : ινδιπταρχός , Φωτιός ζωής , η οἰνογρομίαν ιποίησε πόφελα θυμέται ὁ περισσώς ; ετ ἡ ἄλως τινας ταῖς εἰτείσιν οὐκοτε , οὐ γάρ οὐδὲ οὐσιώσιται μηδὲ αὐτοῦ ποιεῖται : Si orat enim , nōquit vivens , aut dispensationem fecit , quid profuerit mortuo ? Si vero omnino pre : es eorum , qui hic sunt : pro illis sunt qui istic sunt : igitur nemo sit pīzzi , neque boni qui : quam faciat : sed acquirat amicos quosdam per quem vult modum , aut per pecunias persuadens , aut amicis id in obitu demandans , & orient pro ipso : ixa ποτε ενοῦ μάλι , μαδὲ τα ὑπ' αὐτοῦ ψυχούσιατων κακίσια , θλαυτηματων εγκατέδην : Ut ne quid illic patiatur , neque immadicabilis peccata ab ipso perpetrata requirantur .

XXXVII. Haec erat Aerii querela. Audiamus Epiphanium: sed ex
Grecis. Nam Cornarius valde peccauit: επιλησθε τὸν οὐρανόν λέγει τὸν
τοῦ συντάκτου, τι αἱ ἐν ταῖς πατρίσιαις τι τὰς καταστάσις, καὶ θαυμάσιοι
πατέρες; πιστεύει ότι εἰς πατέρες, οὐ οἰ αἱ λόγοι ζήσι, καὶ εἰς αἱ πατέρες (αἱ-
πατέρεια) σὸν εἶσιν, αὐτοὶ εἰσιν καὶ ζῶσιν διαποτήν, καὶ εἴπεις αἱ πατέρεις
καίρουμεν διηγήσαστο, οὐδὲν εἰσιν τοῦτο οὐδεποτέ οὐχιμόνιον οὐ διπλούμενον τυ-
χανούστων. οὐ φελεῖ οὐκον οὐ ποτέ γενομένην διηγήσῃ, εἰ καὶ τὰ ὄλα τὰς αἰτημά-
τιν μὴ δικεντωτην ἀλλὰ γέγονται οὐ ποτέντος εἰς κοτούθην ημάς οὐδεν τοῦ Φύλακος ἀκ-
τινῶν της εἰσποτος, οὐδὲ διεπειπτούσην ποτέντον. Εἰ γὰρ οἰκανών ποιεῖσθαι τὸν μητέ-
ρον, καὶ τούτην καρποληπίην, οὐτερή μηδὲ μηροληπίην, οὐτερή λεπρούς οὐτερή
ζῆδη ποτος, οὐτερή πατεράρχας, πετροπότας, οὐτερή δοπεστάς. οὐδὲν
καὶ μαρτυρούμενον οὐδὲν οὐρανούτην, ἐπισκοπόν τε, οὐδὲν αὐλαχρωτάν, οὐ πατέρας τα-
γμάτων Θεού, οὐδὲ τὸ κύβον. In omnibus ξεστοῖς αἴφωράςθε διπλά της τάσις ανθρώπου τέλειως
διπλῆς τε εἰς αὐτὸν μηνί, οὐδὲν αὐτὸν δοπεστάρη. Iunius vertit ad hunc mo-
dum: Deinde vero de eo quod nomina dicuntur defunctorum, quid hoc instituto
fuerit praestabilius? quid hoc oportunius? admirabilius? tum quod qui adsum
credunt defunctos vivere, neque esse in conditione eorum qua desierunt esse, sed
eos esse & vivere apud Dominum: idque ut honestissima illa predicatio enarrari
possit: quem esse ius qui orant pro fratribus, ac si in peregrinatione existentem: tum
quod oratio facta pro illis prodest, nisi omnino criminis non abrumpit, saltens ut
significetur status perfectior, quia cum in mundo sumus, sive voluntarie labimur.
Etenim pro iustis mentionem facimus, & pro peccatoribus. Ac pro peccatoribus
quidem sunt recurrentes. (sive respicientes, θεωρούσι) ad misericordiam Det.
Pro iustis vero & Patribus, & Patriarchis, Prophetis, & Apostolis, & Evangelisti,
& Martyribus, & Confessoribus, Episcopis, & Anachoretis, & ordine uni-
uerso, ut Dominum Iesum Christum separavemus ab aliorum hominum ordine,
proper honorem qui debetur ipsis, & ut gloriam reddamus ipsis. Porro hanc con-
ficiundinem à Patribus paulo post accersit: αὐτοὶ γάρ οὐ εἰποτε τέτοια
τολμαὶ, τολμαὶ τοιαῦται οὐτε πατέρων: Hoc Ecclesia necessario obseruat, acce-
pta traditione à Patribus.

XXXVIII. Hæc Epiphanius: et si fatear in Græcis salebras esse, à quibus cum non feliciter expediuerit se Cornarius, Iunius videri poshit, ne ipse quidem omnibus satisfacere. Sed aduersarii, profecto, intolerabili sunt audacia. Primum, quo iure Peltano ~~in~~ significat; ab Apostolis? Non is soleritus est. Et certe longe augustinus futurum erat, & virtus Apostolorum ipsum nomen Epiphanius: qui etiam libentius usurpasset, ut alias sæpe. Sed non ausus est tam manifeste mentiri. Itaque contentus Patrum nomine, quo comprehendendi possunt etiam qui haud ita pridem decessere. Imo eorum solerit esse perfigium, qui ad Apostolos usque autores non possunt asurgere: imo, ne certos quidem autores obtendere: sed, cum vestigia diligenter examinant, tandem in confusam multitudinem, & certam, vrita dicam, incertitudine desinunt.

X X X I X . Obseruabat iterum Peltanus dictum Epiphanius , has prece^s
prodeſſe ſpiritibus . Aſt ego nūquam lego . Prodeſſe lego : ſed ipſis ſpiritibus
prodeſſe , iterum dico nūquam legerem ; ne in Cornarii quidem versione . Ob-
ſeruauit tertio , orari pro defunctis , vt à peccatis abſoluantur : quæ mera im-
poſtura . Denique , obſeruauit Eccleſiam hoc pietatis officium defunctis im-
pendere : eadem audacia . Quæſo , vos Iefuitæ , quando incipiēt tandem
cum bonis bene agere ? Quando vobis tandem fides erit Chri-
ſtianæ potius , quam Punica ? Dixit , tu c̄̄ncl̄niuſ āaynacuſ t̄r̄o iñni-
>ā : nū dixit , nū n̄ḡn̄l̄os iñm̄l̄ā , quod tu dixisti , defunctis impendere . Cur
non ergo viuis impendere potius ? Id est , hoc ipſum , quicquid est officiū , circa
mortuos in gratiam viuorum eſſe iñtitutum ? Rides ? Atqui Epiphanius nul-
las alias viuitates enumerauit , quam quæ ad viuos redirent . Credi eos , qui
deceſſerunt , viuere , & viuere apud Dominum : & ſpem eſſe reliquam de fra-
tribus , tanq; quam peregrinatum profectis . Dic , Iefuita , quid horum eſt , quod
vile ſit defunctis : & tu id defunctis p̄f̄stari dicas , cuius quæcunque eſt vi-
uitas , nonniſi viuorum eſt ?

XL. Orari pro defunctis, ut à peccatis absoluantur, vnde colligis? Ex duobus, puto. Primo, quia dictum, ὡφελεῖ ἡ οὐτε εἰσι τὸν γένος φράσις καὶ τὸν αὐτομάκετον μὴ διπλωτή. Deinde: περ ἀμεταλλά, οὐτε εἰδίνει Θεόν θύμοροι. Vtrumque præter rationem. Nam in primo, mirum quam procul discedas ab Epiphanius mente: cuius absurde sermonem abrumpis: quasi sensus esset: Prodest, et si non omnino peccata dimittat: videlicet, quia saltem aliqua ex parte. Atqui id putidum est. Nam sequitur statim *αὐτὸν* *η*: quæ phrasis est

pro aduersatiua particula, ut sensus sit, Non prodest ad peccata interrumpe-
dum: sed prodest, ut significetur status perfectior. Quod cum dicit, conce-
dit Aerio obiectionem ab absurdo, de non inquirendis peccatis: quasi dice-
ret: Fateor, eo non prodest, ut peccata non inquirantur: sed nego properea
nihil prodest. Nimirum, quia aliis ille vius sit, testificanda perfectionis al-
terius via.

X L I . In altero, ὃ τις οὐτε θέραπος, phrasis est dura, & inusitata: adeo ut vix coniici queat, quid significet. Cornarius verit: *Misericordiam Dei implorantes: longissime à verbis discedens: nam, nec θέραπος est implorantes: & τοῦτο negligitur omnino.* Iunius dixit, *recurrentes ad misericordiam Dei, verbi significatione seruata, sed vim præpositionis declinans: quæ certe in omnes partes dutior est: etiam si legas θέραπος.* Sed si videtur sensus esse, orationes concipi pro peccatoribus, ratione habita misericordia Dei: non sicut explicauit Iunius, ut perfectior sit status peccatorum quidem per misericordiam, iustorum autem per gratiam. Nam hæc disparatio insolita est gratia & misericordia: neque Epiphanius in altero membro gratiam nominauit. Sed, puto, de iustis nihil erat necesse causam reddere: quia nulla suberat, absurdus suspicio. Et Aerius nonnisi de peccatis erat loquutus. Itaque de peccatoribus ut absurdum tolleret, nominanda fuit misericordia Dei: quasi dicaret, absurdum non posse videri memoriam mortuorum in fide, etiam peccatorum, nisi iis qui misericordiam Dei nullam considerarent: sed hæc si sit, qualis esse prædicatur in Scripturis, tum nihil esse absurdum: nempe, quia hæc misericordia deleuerit eorum peccata. Itaque, postulari remissionem peccatorum, diuinârunt Sophistæ de suo, & ex preiudicio Purgatorii, quod impugnat: at nos, supponi remissa peccata asserimus, ex perpetua Scripturæ doctrina, & Ecclesiæ fide.

X LII. Vnum agnoscimus: nempe dictum ab Epiphanio, hoc quicquid est offici necessatio ~~in~~ ~~re~~ ~~in~~ ~~tu~~ ~~εν~~ ~~λογοτ~~, Ecclesiam obseruare, peragere. Nec nos mouet: qui scimus Epiphanius traditionibus nimium detulisse: cum nos pro certo habemamus, nihil esse in Ecclesia proprio necessarium, præter ea quæ Christus & Apostoli mandarunt. Nec vero aduersarios iuuat, cum hic ritus nihil eorum habeat quæ pertinent ad Purgatorium Papistarum, Et nos, si restitueretur in integrum, ut ex eo sola quererentur utilitates, quas obseruauit Epiphanius, non muti aut continuatum videremus, aut etiam restitutum admitteremus. Nam & Gouartius ad Cypriani 66. admonuit, Etiam in nonnullis Ecclesiis, Catholice & Apostolice membris, hunc morem obseruari, ut fratrū, vel eadem, vel præcedenti die defunctorum, nomina palam edantur, toto cœtu audiente, & subiiciatur breuis exhortatio de humana fragilitate, de meditatione mortis, de vita æternâ præstantia: ut subiecto illo speculo, pī magis ac magis in officio contineantur. Alibi nihil eiusmodi fieri scimus, nimium quia nec præceptum à Christo aut Apostolis: & terrent nos vestigia horrendæ superstitionis, in quam prima illa nec mala obseruatio degenerauit tandem, qui metus utinam esset de nihilo. Sed profecto, etiam litus odit, qui in alto naufragium fecit.

CAP. XXV.

Argumenta contra Purgatorium inutilia.

I. *T*que hic finis esto Papisticæ altercationis, non prolixioris, quam variioris. Veritas solidiore delectatur, quam operosiore disputatione, quo nostra hæc contra Purgatorium brevior est futura. Nam nec, quæ olim dicta, de pœnis residuis post culpæ remissionem, placet repetere; nisi nos nouæ solutiones coegerint.

II. Primo statim loco Bellarminus hoc refutandum suscipit argumentum: quod neque Pelanus neglexit. Psalm. 127. Cum dederit dilectis suis solum, ecce hereditas Domini: non igitur Purgatorium intercedit inter mortem fidelium, & cœlestis hereditatis consequacionem. Responderet, tractari eo Psalmo de generali resurrectione, teste Augustino: & significari, tunc continuo apparitam hereditatem Domini, cum dormierint per corporalem resurrectionem omnes electi.

III. Nempe existimauit Bellarminus non sufficere nos nostis causas nisi ipse iuuaret, & de suo commodaret argumenta. Admodum liberaliter nisi essent *χρήστοι άδειοι διάνοιας*. Itaque quibus necesse est timere Danaos & dona ferentes, quique scimus, non omne argumentum, ut Sophistam, sic visum bonum decere, liberalitatem respuimus Iesuiticam, nostra ipsi sorte contenti. Certe id argumenti, vnde cumque tandem sit expiscatus Sophista, nunquam sumus admissuri, apud quos maiori in honore Scriptura est, quam ut tam nequiter ea possumus abuti. Quid ignorabatne Bellarminus hætere nos fontibus Hebraicis, & Latinæ editionis allucinationes non admittere? At qui haec manifestissima est. Nam pro co, quod Latine legimus: *Veniam est vobis ante lucem surgere: surgite postquam federitis, qui manducatis panem doloris.* Quum dederit dilectio suis somnum: ecce hereditas Domini, filij: merces, fructus ventris. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excusorum: scimus Hebraice haberi: *Frustra vobis maturantibus surgere, tardantibus sedere, edentibus panem dolorum: sic dabit dilecto suo somnum. Ecce hereditas lebōna, filii merces, fructus ventris: sagittæ in manu potentis, ita filii iuuentutum.*

IV. Et, ut miscremum Augustini, qui, ut poruit, luctatus est contra editionis, quam pra manibus habebat, obscuritatem, multo cum sudore, anquisito aliquo commodo sensu: sic Bellarmini odimus ingenium, cui nihil placeat, nisi quod remotissimum à mente Prophetæ: quam si nollet à Caluino discere, Molleroue, aut aliis nostris: at non designaretur à suis, Genebrardo, Iansenio, Lorino. Iansenio sic argumentum concipitur: Præsenti Psalmo Prophetæ, ut ad colendum Deum & fidendum ei unice inuitet, canit, sine Dei benevolentia frustra esse omnem conatum, curam, & laborem hominis, quem vel in paranda sibi domo & familia, vel in curandâ republica, vel in quarendis vite necessariis, suscitavit: diligentibus autem Deum omnium rerum securissimam abundantiam, liberisque, & eos valentes, atque frugi, obuenire à Dei bonitate. Post annotat. 3. Significatur hic per somnum securitas cum omnium rerum abundantia: quemadmodum & in Psal. 4. Opponit n. somnū ei, quod prius dixit de iis qui cū sollicitudine

magna vanos perferunt labores pro parandis vita necessariis. Haud aliter Genesardo argumentum est: Nec familiam, nec urbem custodiri, nec liberos haberi cetera Dei favorem & donum. Annotatio: Errata istam sedulo, Et studio facit: ac vanum est vobis ante lucem surgere ad rem faciendam, ad vestruendos: in eo tardissime pernoctare, & labores ad multam noctem pertrahere, si que panem multo dolore comedere. Post: Antithesis superiorum. Contra, dilectus suis Dominus dat opes, & liberos, velut per somnum, & quietem, id est sine multa molestia, aramna, & anxietate. Nempe, ut quievant regnum Dei primum, deinde sperent sibi summa cum facilitate, cetera à Domino adyicienda.

V. Quid igitur? Nempe somniis allegoricis nimium si dulsus Bellarminus. Pelanus autem iudiciorum; qui cum aliter, tum appositi solvit: hoc isto sensu literali: *Ad literam*, inquit, *significatur frustra eos nittis, quicunque, secluso Domino, nituntur, ut quae tota illa sua sedulitate, animique anxietate, nihil effecturi sint, quod alicuius sit momenti: cum interim Dominus dilectus, quales sunt quisquam omnem in ipsum reiiciunt, rotig, ex illo dependent, circa tantam solititudinem, tantamque animi inquietudinem, ac defatigationem, omnia ad vitam honeste sustentandam necessaria suppeditare queat. & suppedi-*

jun, Boream extra Pontum in Gracianiferre, Austrum vero intra ad Phasin: semperque ita dicitur, Est Boreas: Ergo secunda est in Graciam nauigatio. Quis igitur possit vos ita decipere ut a cunctis flante Austru? Frustra es, Xenophon. Nam falso docent, eum tendere in Boream, qui ad Austrum veratiter: & eum petere Graciam ad Occidentem, qui Phasin in Orientem. Neque verentur ne se quisquam arguat imposturae. Adeo mutata sunt tempora: aut si non tempora, saltum ingenia.

XI. Sed enim, falsus sit Xenophon: & contra esto: ut hodie Hisopis

care quoque solent. Et Hunc sensum, inquit, non va jolum efflagitant, quæ hac antegrediuntur, sed ipsi quoque Scripturarum fontes. Et nos sane huic acquisicimus solutioni: comelli, proutus absurdum hinc esse contra Purgatorium argumentum.

V I. Non dissimile iudicium alterius loci ex undecimo Ecclesiastis: *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit: quem nobis pro argumento commendant Bellarminus, Pelanus, Salmero, Costerus, Bunderius. Soluunt non uno omnes modo. Bellarminus: agi de morte corporali: nempe, homines necessario morituros, nec per se unquam surrecturos. Sin ad animam accommodare placeat: tum qui in Purgatorium eunt, cadere ad Austrum quo somnio Costerus est delectatus, & Pelanus. Vel negandum, omnes cadere ad Austrum, vel Aquilonem. Ethinc, credo, dictum Salmeroni, iustum, qui cadit ad Austrum, & iniustum, qui ad Aquilonem, ibi futuros perpetuo: secus ye-*

XII. Expeditus fuit negari, omnes cadere vel ad Austrum, vel ad Aquilonem: sed quosdam inter vtrumque. Nempe, inquam, vel ad Orientem, vel ad Occidentem. Sed hoc verum in Geographia: vbi quatuor plagæ perpetuae: sed in salutis mysterio, quatuor plaga, quatuorve Cardines, quis audit nominatos? Quis plures, duobus operibus? Ex quo

VII. Sed nos hac saltem laboris parte facile Sophistas leuassemus: nisi nostro beneficio nollent quieti esse Sophistæ. Non enim videre possumus, quid in hoc sit argumentum virium: nisi procul discedamus à contextu: & his verbis ab eo discriptis sensum affingamus, cui neq; precedentia consonent, neq; sequentia respondeant: sed omnia ~~ad~~ ^{ad} cœdiora. Manifestum, proxime precedentibus agi de beneficentia, & liberalitate. Sequentia autem: *Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet;* quid ad itatum animæ post mortem?

VIII. Nihilominus effecerunt Veteres nonnulli, ut potuerit videri non penitus esse ab hac contiouersia locus alienus: dum, nulla habita ratione circumstantiarum, hæc per se & scorsim verba sibi permisérunt explicanda. Observauit Sixtus Senensis, annotatione 214. libr. 5. Bibliotheca: Hieronymus, inquit, in Ecclesiasten hæc verba edifferens, inuenire vide- etiam Sicula ad ipsas; vita dicam, Roma portas: Aquilonaris autem non solum terrarum ultima Thyle: sed eriam Germania. Quaratione, nisi pro�ris ridicula sit metaphoræ Austri & Aquilonis, necesse est purgatorium esse, positis in hac vita, ad Aquilonem, si ad Aquilonem infernum sit damnatum.

XIII. Confirmatur ex verbis Olympiodori : qui, metaphoram explicans, exponit virtutum stationem, & scelerum. Nam Purgatorium, profecto, non est statio virtutum: quia, ob virtutes nemo vnguam it ad Purgatorium: est enim locus puniendorum peccatorum; que quidem in virtutibus numerari non possunt. Quare, si statio scelerum est ad Aquilonem, necesse est Purgatorium ad Aquilonem esse.

XIV. Intelligendum statum animæ in charitate, vel sine charitate, maluit Bunderius: nempe, quia legit in Hieronymo: *ibi iugiter perma-nebus, siue te rigidum, & trucem, siue clementem & misericordem ultimum in-nenerit tempus.* Olympiodorus, in commentariis libri de loci huius. Hieronymo sub verbis, his verbis. In quoquaque igitur loco, seu illustri, seu tenebroso, hoc est, siue in turpi scelerum statione, siue in honesta virtutum, deprehendatur homo cum moritur, in eo ordine atque gradu permanet in eternum. Nam, vel requiecit in lumine felicitatis aeterna cum iustitia, & Christo Domino; vel in tenebris rueriatur cum iniquis, & principe eorum Diabolo. Haec tenus Sextus. Lormus, commentarius in eum locum, Hieronymo & Olympiodoro socios addit o-
nates Latinos ferme. Hæc illa expositio est, qua nostrorum nonnulli vii sunt diversi.

XV. Egregie vero Bellarminus, non officere Purgatorio, quia similiter officere Limbo Patrum. Sic potenter ex falso, falsum. At nos paucis officiis utriusque, & Limbo & Purgatorio. Ite, enim locus fabula.

XVI. Pelanus etiam nobis de suo largitur argumentum, ductum ab eo, quod apud Paulum, & alibi, mors iustorum, somnus dicatur. Respondebat autem, eo factum, ut resurrectionis mysterium confirmetur: nimur, quia, ut qui naturali sopore correpti, non eternum dorminnt, sed tantum ad tempus: ita, qui in Christo moriuntur, mortuique in puluere rediguntur, non eternum in puluere hæsuri sunt: sed magna illa, & horribili tuba omnes denudo euigilarunt, perinde ac si nunquam fuissent mortui, sed alto quodam diuturnoq; sopore pressi.

XVII. At nos, et si nimium arctis cancellis, generalem doctrinam cohiberi non probamus: quia nimur, hoc, quicquid est resurrectionis,

I X. Sed vtcumque ille sibi melius consultum putarit, videamus solutiones. Agi contendit de morte corporali. Hac enim prima est. Sed à quo, inquam? A Salomonē? Velim probari. Quanquam quid opus? quanquam à Salomonis mente nullum argumentum est. An igitur ab Hieronymo, & Olympiodoro? Falsum. Nam hi manifeste agunt de statu animalium post mortem: *Vbicunque*, iiebat Hieronymus, *sibi locum preparauit, futuramq; sedem*. Olympiodorus: *Sive in turpi scelerum statione, sive in honestissima virtutum*: Et iterum: *In lumine felicissimo*.

XVIII. Ne illud quidem Apocalypsis decimo: *Iuravit Angelus*

non est proprium ijs., qui in Christo moriuntur, sed commune omnibus omnino hominibus morientibus, etiam extra Christum: tamen non videmus nos quidem, quid id argumentum faciat contra Purgatorium. Non enim somnus obstat pœni: alioquin hunc somnum impij non dormirent, in inferno positi; ideo, neque resurgerent: sed tantum somnus pacis: de quo tamen non agit argumentum particulatiter. Itaque, valeat sane argumentum.

quibus veritas Graeca, paulo aliter est quam editio Latina: Sed in diebus vocis
Iepitini Angeli nemp, id tempus futurum est quum cœperit clangere, con-
fessandum esse mysterium Dei, sicut annuntiavit Ierius suis Prophetis. Itaq,
mittamus hoc lane.

XIX. Ne illud quidem, Ecclesiasticus 9. *Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, erunt apud inferos: idcirco ego quidem potius, quid contra Purgatorium prodeat queat.* Nam, vel de animabus est dictum; vel de corpore. De animabus, falsum: nam, & rationem, & sapientiam, & scientiam, quis auferat beatitatem? Si de corporibus, ut videtur, quia haec dici vere possunt, נַחֲזָקָה, in sepalcro; quid ad rem? Itaque, alijs libens relinquo, si qui eodecetentur.

C A P. XXVI.

Vera argumenta contra Purgatorium.

I. His omissis argumentis, siue inutilibus, siue incertis; solidiora deinceps
Herunt. Ezechiel. 18. *Cum auersus fuerit impius ab impietate sua, om-
nium iniquitatum eius non recordabor.* Potens arguimentum; sed ita explicá-
dum. Si et aliquid Purgatorium post hanc vitam, ergo est eorum, qui mori-
untur, vel pénitentes, vel impénitentes. At neutrordm. Ergo omnino non
est. Consequentia patet, quia pénitentes, & impénitentes opponuntur *ad in-*
valitatem, adeo, ut nullum admittatur medium.

II. Assumptum probatur per partes. Nullum enim impoenitentibus Purgatorium est, concedentibus ipsis Papistis. An igitur poenitentibus? Negat Deus per Prophetam. Nam, si ipsis sit Purgatorium; ergo & pena. At hoc falsum. Quia, si puniret Deus, ergo meminisset peccatorum: At Deus testatur, se non recordaturum illorum peccatorum, que admiséruntij, qui poenitentiam egerint: Ergo, inquam, nulla est istis pena: nullum Purgatorium.

III. Solutio Bellarmini negat postremi syllogismi assumptionem; quæ asserit nullam pœnitentibus pœnam. Et probationem, quæ ponit, si puniret, ergo meminisset peccatorum, impugnat geminata ratione. Priori, quia non recordari iniquitatum, nihil sit, quam seruare amicitiam cum eo qui peccauit. Ethoc probat. Quia, si recordari iniquitatum, esset, punire mala merita; ergo recordari iustitiam, esset, remunerare bona merita. Athoc non concedunt, inquit, aduersarij, ne merita iustorum admittere cogantur: ergo non debent itidem contedere, recordari iniquitatum, esse, punire iniquitates. Nam Ezechiel eodem modo loquitur de iustitia, de quæ iniquitate.

I. Altera: q̄tia recordari iniquitatum, non sit, punire tantum, sed punire in eternum. Probat: quia ibidem legimus, Si iustus auerterit se à iustitia, omnes iustitiae eius non recordabuntur. Atho verum, nullas iustitias impiorum remunracri vlo præmio, sed tantum aeterno. Nam, remunerationem temporalem, docent Patres. Chrysostomus, homil. 67. ad populum Antiochenum: Hieronynus, in c. 29. Ezechielis; Augustinus, 5. de Ciuitate c. 15. Gregorius, homil. 40. in Eu. angelia. Et id ipsum colligitur ex Luke 16. Recepisti bona in uitatu.

V. Instamus, ex ipsis aduersarij verbis. Non meminisse peccatorum, est, conseruare amicitiam cum eo qui peccauit. At Deus puniens eum, qui peccauit, non conseruat amicitiam. Ergo Deus, cum non recordatur peccatorum, non puniit peccatorem. Assumptum manifestum, quia, peccatores puniri, apud Deum nihil est, quam odire. Non enim, in Deo odium nullum esse nisi a *ipso munus*, on ad significandum illud in ipsomotum, sed ad designanda erecta similia effectibus odio nostri. Quare, odium si negatur, necesse est negari punitionem, id est, effectum odio. Eleganter Nyssenus, orat, in orationem Dominicam, remissionis peccatorum petitionem exprimit: *Δέχεσθαι τὸ κεντρὸν τὸν τοῦ θεοῦ μελέτην τὸν ταξιδιώτα;* Id Siphanius retinet. Rogare iudicem, ut absolutionem & impenitentem delictorum largiatur. Nempe, usus peripherali ad exprimendam *ān̄t̄īsīās*; cuius vocabuli vis, iam clime celebris. Quanquam de hac ipsa peccatorum obliuione prolixus disputatum, lib. 3 & 20.

V. I. Argumentum oppositum facile est refutare, est enim ad hominem, ut loquuntur Scholæ, id est, sumptum ab eo, quod nos docemus. Cui, cur non opponamus argumentum itidem ad hominem; id est, sumptum ab eo quod illi docent: Si recordari iustitiam, sit, remunerare bona merita: Ergo recordari iniquitatum, est, punire mala merita. At illud verum ex Papistarum sententiâ stabilientium merita humana: Ergo hoc ijdé negare non debent: ac per consequens, non recordari iniquitatum, erit, non punire.

per consequens, non recordari iniquitatum, est.

VII. Preterea, argumentum ipsum Bellarmini sophisticum est, quia, partim à nostra sententia, partim à Papistica. A nobis illud duntaxat: quod negemus, iusticias fideium esse bona merita: prout alias disputatum est. Sed à Papistis consequentur: Si recordari iustitiarum, sit punire mala merita; erantecedens: sed consequentiam negamus, quia iustitiae non sunt idem bona merita, et iniquitates mala merita. Itaque, debuit altius subsistere Jesuita. Vere enim diceret, si recordari iniquitatum, esset, punire iniquitates: ergo recordari iustitiarum, esset remunerari iusticias. Sed hoc, nimimum, videntur ille non futurum satis Purgatorio: quia, cum Dominus pollicetur se recordacurum iustitiarum, non propterea remunerationem promittit in hac vita; sed certo in vita futura: ydque in oppositum; non recordari iniquitatum, non intelligendum de hac vita, sed de futura. Si autem non recordetur omnino in futura vita, ergo non puniet in futura vita; ac proinde nullum Purgatorium.

VIII. In altero argumento; peruersum est, quod dicit, id eo non remunerari iniquitates, quia non remunerantur pre^mio sempiterno, sed tantum temporalis. Pergueritas inde nata, quod temporalia distribuant in ea, quae in hac vita, & quædam, quæ post hanc vitam. At qui manifestum, non tantum iniquitates nullo præmio donari, sive in hac vita, sive in altera: sed etiam impiorum iusticias, quarum se Deus negat memorem futurum, nullo præmio donati post hanc vitam, sive id temporale singatur, sive æternum. Nam, qui dixerunt, remunerari à Deo aliquibus præmis temporalibus, nemo intellexit extra hanc vitam. Et patet ab eodem Lucæ loco. Nam, *recepisti bona in vitaria*, significat, esse æquum, ut non recipiat post vitam. Quare à pari: si quum negat Deus, se memorem futurum iustiarum impij, significat, se nul-

lo præmio affecturam post mortem: ergo cum negat, se memorem futurum
iustitiarum, oportet intelligi, nullo affecturum supplicio post eandem vitam
quod nos volimus.

I X. Peltanus aliter solvit. Neque, inquit, nudum gemitum, aut simplicem ad Deum conuersacionem poscit a peccatore Propheta, sed iustitiam quosque, & iudicium, & praeceptorum ostervationem, & alia quædam huiusmodi, quæ omnia ad latitudinem pertinere certum est. Quare, si penitentes non satis seipsum diuidicauerit, & quod iustitia ratio depositebat, integræ non præstiterit; profecto in hoc seculo, quod iustitia mensuræ defuerat, explebit.

X. Instamus: concedentes ne nobis quidem in mentem, aut etiam in linguam venisse nudos gemitus, ut, qui sciamus nudos gemitus, & quidem vehementes fuisse in Caino, in Iiscariote: quorum separata ratio est: sumptum etiam conuerzionem ad Deum nullam nos nosse, sed absolute conuerzionem que tanto penitentem abducatur a Diabolo, quanto ante abstrahetur a Deo. Illorum est, qui conuerzionem distinguunt a penitentia, tam exiliter & sentire & loqui. Concedimus ergo, a penitente requiri institutum, iudicium, praecceptorum observationem: & si que sunt eiusmodi. Nec negaremus ad latissimam peritatem, si non Papistice satisfactionem Peccatum dicere. Nam, Catholice si dicat, ut alias monuimus, pro eo ipso quod iam diximus, tanto ad Deum accedere, quanto erat recessum: **υδεις φθορος**, sed id non erit ad rem purgatoriam.

XI. Sed enim, quid in eo virium est denique? Attendo. Si non scipsum di-
judicauerit satis, & quod iustitia ratio depositabat, integre praestiterit, exple-
bit in futuro seculo. Quos ergo tu dicis, scipios non satis diuideare? Eosne,
quibus paulo ante tribuebas nudos gemitus, simplicem conversionem: quo
que ego illultrabam exemplo Caini, & Iscariota? At istos explore in futuro
seculo, quo iure tandem dixeris? Nam illos scimus solueret ultimum qua-
drantem, id est, nunquam explore: nec vero posse. Itaque, his, inquam, nul-
lum Purgatorium est. Quod si non istos dicis: ergo illos alteros, qui gemiti-
bus addant iusticiam, iudicium, obseruationem praecitorum. At istis Pro-
pheta dixit, profrus non commemoratum iri peccata: ut tu Hebraica verba
rete ponderas. Nam ista, זרעו י' כ' ר' ל', profecto dilutius Latine reddebantur,
non recordabor: quanquam ad rem nostram haud magni intersit. Rursus
ergo ne istis quidem ultim Purgatorium. Quod si neque non penitentibus
profrus, neq; non serio penitentibus, neq; ferio penitentibus, ultum sit; o-
mnino nullum esse necesse est: sed magnam in omnes partes vim argumen-
ti nostri.

XII. Ecclesiastis 9. *Etiam amor eorum* (mortuos dicit) *etiam odium eorum, etiam inuidia eorum iam perit;* & *portio non est eis ultra in seculum in omni quod sit sub Sole.* facile argumentum. Quicunq; sunt in Purgatorio, partem habent aliquam in eis que sunt in hac vita. At nemo mortuus partem habet eorum, quæ sunt in hac vita. Ergo nemo mortuus est in Purgatorio. Patet assumpsum ex verbis Salomonis. Maior pater, ex doctrina Papistarum: nam hi docent, ad mortuos perfunere vnum fructum prectionum, & satisfactionum, quæ pro ijs sunt in Ecclesia militante.

XII. Coferst responderet. Sapientis nihil vult aliud; quam, mortuos carere
vibis huius vita: nempe, non edere, non bibere, & similia. At non agi de au-
xilio spirituali, quod defunctis adfertur.

XIV. Concedo, inquam, non agere de auxilio spirituali, quod defunctis adseratur. Sed contendo, agere de auxilio spirituali, quod defunctis neque adseratur, neque possit afferri. Cur non enim *phiλιx, səm* Iesuitæ licet *aīlo-
gīz̄ar.* Et ramen probo. Quia hoc auxilium sit iuxta Sole, id est, in hac vita: iu-
ne ab ijs, qui sunt in hac vita. At, morruis portio non est in *ylla re*, que fiat
sub Sole.

XV. Iohann. 3. Non misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum sed ut seruetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui cuntem non credit, iam iudicatus est. ¶ Amen, amen dico vobis, qui sermonem meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam eternam. & in iudicium non veniet, sed transiuit a morte in vitam. Quicunque abit in Purgatorium, iudicatur, sive condemnatur. At nemo fidelium iudicatur, sive condemnatur, ~~et~~ ^{et} ex eo. Ergo nemo fidelium abit in Purgatorium. Pater minor, ex disertis Christi verbis. Pater maior, ex perpetua Papistarum doctrina.

XVI. Vim argumenti obiter tangit Bellarminus, & quasi aliud agens: dissimulat proflus Salmero, quasi argumentum esset, non nisi duos ordines constitui, salvandorum, & damnandorum. Itaque, facile solument, sic futurum in extremo iudicio: & eos, qui sunt in Purgatorio, pertinere ad ordinem salvandorum. Oto se. Sed iterum Bellarminus: Is qui credit, saluus est, & non iudicatur, id est, non condemnatur, modo etiam addat cætera, quæ requiriuntur: quemadmodum, ex hoc semine nascentur arbor, videlicet si non desit calor Solis, humor aquarum. Itaq; non continuo, qui saluus est, per fidem, sine Purgatori, saluus erit.

XVII. Sed hæc solutio contradicit Christo. Nam, in Purgatorium ire, est iudicari & condemnari, ex ipso Papistarum loquendi vsu. At qui, Christus dicit, non iudicari, siue non condemnari: quod idem est, ac si diceret, non ire in Purgatorium: quia nemo it in Purgatorium, nisi iudicatus, id est, condemnatus. Concedamus ergo, si placet, eum, qui credit, non iudicandum, modo ad dat cetera. Sed hæc, profecto, cetera, oportet non ponere iudicium, siue condemnationem. Itaque, hæc stupida solutio est.

XVII. Peltanus. Non sequitur. Qui credit, non venit in iudicium: ergo non est Purgatorium. Quandoquidem Scripturæ multiplex iudicium produnt: discussionis, remunerationis, differentiationis, punitionis, approbationis, condemnationis. Hoc postremum excluditur per Purgatorium, nam, qui condemnantur ad Purgatorium non pertinent. Cætera autem iudicia Purgatorium non includunt, neque enim non excludere potest fieri.

XIX. Sed consequentia legitima est. Iudicium prout est verbi proprietas, semper est discussionis: sic enim appellant, cum persona proposita in utramlibet partem quasi incerta, examinatur cuiusmodi sit. Hanc discussionem sequitur discretio; prout comperta erit: Estque in approbatione, aut condemnatione, bona, aut mala: Tum denique approbationem sequitur remuneratione, condemnationem punitio. Hic gradus onanies in iudicio diuino considerantur *ad ipsorum meatus*, ut alia plurima. Discussio, quia omnes oportet sibi coram tribunali Christi. Discretio, quia constituerendi sunt agni ad dextram, ad sinistram hirci. Approbatio & remuneratione, quia audituri sunt iusti; *Venire benedicti*.

*benedicti; possidet regnum. Condemnatio quia in uestis dicendum: Maledictio
notice à me in ignem eternum. Veruntamen non erat opus tam subtili indaga-
tione: Quos nunc citauimus locos, in iis agnoscimus non significari iudicium di-
seculorum; quod vtrique parti commune. Sed in dilocatione cum duæ sint par-
tes, altera approbatio, condemnatio altera: dicimus in verbis Christi tolli al-
teram, eam iudicet, quæ condemnationis est, & quiequid inde est cōsequens.
Nam, iudicium in Scripturis ita sonat ut plurimum: quod omnes sciunt: Sen-
sus est ergo, cum qui crediderit in Christum, nunquam venturum in iudicium
condemnationis, punitionis, sed approbationis remuneracionisque: quod
tamen proprie iudicium non est, sed gratia. Atqui Purgatorium ad punitio-
nem pertinent, deoq; ad condemnationem. Itaque Purgatorium his Christi
verbis excluditur.*

XX. Si pœnali peccati Deus condonat, ergo nullum est Purgatorium. Consequientia manifesta ex Purgatorianoru doctrina. Pœnam condonari, sic probamus. Omnis perfecta condonatio peccati, pœnam tollit. At condonatio fidelibus facta per Christum, est perfecta. Ergo hæc pœnam tollit. Maior per se pater, & ex doctrina Papistatum; qui plenariam indulgentiam dicunt esse tum culpe, tum pœnae. Et rursus utramq; in Baptismo tollit: tum etiam alias demonstrata c.2. lib.23. Nunc tantum addimus Chrysostomum homilia de penitentia & confessione: *Nulle remittit, qui punire vult.*

X X I. Concedunt minorem: non aut profiteri diminutionem tanti beneficij. Sed maiorem impugnant. Costerus: Deus, tametf omnem offensam remittat, exigit tamen, etiam dimisso peccato, restitutionem rei sibi iniuste à nobis ablatae. Probat, quia sic velit nobis remitti peccata proximis, quomodo ipsum nobis. At non tamen velit res nobis iniuste ablatas negligi: imo iuber, ut quis sibi curet restituiri famam violatam, & pecuniam furto ablamat.

XXII. At qui restitutio rei ablatæ, nunquam est pœna: ne pro pœna quidem. Ratio certa; quia est opus morale, ex communi notione, *Quod suum est, cuique reddere*. Itaque; exempli gratia, nunquam cuiquam iudicis fuit, furem damnare restitutio: neque; unquam auditum. Itaque, nihil est difficile. Primo enim, et si non prohibeat Deus restitutio: postulari: tamen omnem omnino pœnam iubet condonari: neque; unquam significauit, se permettere, ut, qui condonabit, tamen vindictam repeatat. Ad Rom. 12. *Non vosmet ipsos vlciscen-tes, dilecti: sed date locum ira*. Scriptum est enim: *Mihhi est ultio: ego rependam, dicit Dominus*. Denique, & uno verbo: Dominus ipse longe melius suam explicit: mentem, cum herum inducit seruo, & remittentem vniuersum debitum, & indignantem, quod conseruo non remiserit. Quinetiam Matth. 5. *Ego vero dico vobis, diligite inimicos vestros, benedicite ijs, qui denouent vos, bene-facite ijs qui oderunt vos*. Itanc*dilegitte, benedicite, benefacie, id est, pœnas sumite?* Manifesta res est: pollicetur Deus se sic remissurum, quomodo nos vult remittere. At nos vult remittere omnino omnem pœnam: Ergo & ipse omnino omnem remittit pœnam. Vbi Purgatorium?

XXIII. Sed alteram solutionem audiamus ab eodem Coftero: Deus perfe-
cte peccata dimittit, quando Sacra menta plene, & eo, quo decet modo : reci-
piuntur. Cum ergo tres sint penitentia parts, contritio, confessio, satisfa-
ctio : qui eas partes non adhibuerit, consequetur ille quidem remissionem
culpa: at non poenae.

XXIV. Nos vero pœnitentiaæ easdem tres partes agnoscimus: tantum ægre fetimus , satisfactionem operis , apud Papistas mutari in satisfactione pœna-lem. Nam, illam nos esse dicimus, quum oppositis operibus bonis, pœnitentia sit rata; nempe, mutatione vita in melius. Sine ista satisfactione nullam o-mino pœnitentiam esse. Sed satisfactionem pœnalem, nullam possumus a-gnoscere: prout est alias disputatum. Et res ipsa probat: quia in Baptismo re-mittuntur peccata per pœnitentiam ; unde ipse dicitur Baptismus pœnitentia: & tamen ne ipsi quidem Papistæ in Baptismi pœnitentiam , villam admittunt satisfactionem pœnalem: Vin' paucis absoluam? Herus ille sermo om-nia debita condonabat absq; villa satisfactione : & is tamen herus , erat para-bola Dei condonantis.

XXV. Hoc posito, concedo non remitti peccata, nisi tribus suis partibus, constante pœnitentia. Sed nego, si desit aliqua, propterea remitti culpam, nō pœnam. Di ceterum potius, nihil remitti: nimisrum, quia non sit legitima pœnitentia. Quomodo, credo, si nulla sit contritio cordis, ne ipsi quidem aduerarij negent nihil actum, quantavis sit, aut confessio, aut satisfactio, quam docent. Non dicunt, inquam condonari saltem pœnam, culpam autem retineri: sed, & culpam, & pœnam retineri.

XVI. Nulli ad præmia recepti post mortem, eunt in Purgatorium. At qui omnes fideles ad præmia recipiuntur post mortem. Nulli ergo fideles eunt in Purgatorium. Maior est manifesta ex Papistarum doctrina: non enim ibi præmia sunt, vbi pœnæ:tum autem præmijs direcione opponitur pœna danni; qua sine Purgatorium nullum.

XVII. Restat ergo minor confirmanda. Mitto quae in eam rem disputata sunt, c. 5. lib. 23. ex Scripturis: & verto me ad Patres. Origenes contra Celsum, lib. 6. οὐδὲν ἡμῖν αὐτοῖς πέρι τοῦ μετεύθυντος τὸν διάτημας ἐγένετο. Τοῦτο εἰπεῖται διελαχυνθεὶς τοῖς ἀρχαῖς, Ιησοῦς τῷ καὶ Θεῷ ἑταῖρος τοῖς γηστίοις μαρτύριον. Καὶ διατί, καὶ αἴτιος αὐτῶν βιώσασι, παραγέγειται αὐτοῖς ἵμνος ὑπερέκοσμοι Φονοί δι, οὐδὲ τόπος ἐγένετο τοῖς αὐτοῖς Ἰησοῦς ητο. Μηδέ τοι ἡμεῖς μηδὲ τοῖς εἰρωνείᾳ πονούσις ἐτούτοις αὐτοῖς ἀντιτίθομεν. Ημεῖς τοις εὐγενοῖς, Habemus Pontificem maximum, qui magnitudine virtutis, & intelligentia sua penetravit cælos, Iesum Dei Filium, pollicentem germanis discipulis, & digne divina institutione evidentibus, enecturum se illos supermundana omnia: ait enim, ut, quo ego vado, ibi & vos sis. Quamobrem nos post exactos labores huins vita, ac certamina, speramus in summum cælum nos euaſuros. Nota, μηδὲ τοις καλεῖσθαι τοὺς εἰρωνεῖς, & αἰρούσις. Quod falso, aut certe non procul à ridiculo diarium, si post hos labores, alij & quidem longiores, sed & grauiores intercessiū supererint.

re. Ille peditus pugnis cadat : ille lamentetur, & misericordia deum patet ad ipsos. quod ad maiora proficiscamur bona. Illius malitiam hi clamores decent. & flatus: ex his & sephanis misericordias & clementias eius & duximus studiose & tractatos, non te, qui ad requiem & coronas proficisceris. Enimvero potius tuissimum mors est. In Genesim homil. 36. Qui vitam honeste, & in virtutibus egerunt, quando ex hac vita emigrant, vere liberantur, & quasi solvantur certainisibus, & a vinculis relaxantur. Est enim mors his, qui bene vivunt, translatio quadam ad meliora: a momentanea vita ad perpetuam, & immortalem, finemque non habentem.

XIX. Epiphanius in Catharis εἰ τὸ μὲν πολυστροφὴν σύστημα, εἰ τὸ μετανοία;
ωἱεὶ φύλω, εἰ τιμώ; Νέος enim, ut dicebam, profectus est pietatis, vel penitentia
post mortem. Nō Lazarus ibi abit ad diuitem; nō dñes ad Lazarum. Et statim
cautam reddens: εἰ φρεσκήται γάρ εἰ γενεῖσα, εἰ παπλήγει) ἀγόνος, εἰ αἰχνῶν πλέ-
θη, εἰ σκληρῶν τὸ σκληρεῖα, εἰ οἱ σφέραι οὐδὲ θεού, εἰ ἀγνοούμενοι αἴτησίν τους, εἰ οἱ
μητρόσωντες ἴζησιν, εἰ οἱ μητρόσωντες ὄχειν οὐ παρέστον, εἰ οἱ ἐν τῷ σκληρεῖα πτη-
νθίνεται εἰς βλάβην, εἰ τὸ πάντα τὸ φῶς τε τελείω) μητρὸς τῶν οὐδομίαν, Ob signata
sunt enim promptuarias & impletum est tempus; & certamen perfectum est, εἰ
αιειδανοῦνται εἰ stadium, & corona data sunt: Et qui certarunt, quietant, &
qui non praeuenierunt, excessere: & qui non decertauerunt, non amplius adsunt:
& qui in stadium vitti sunt, siecti sunt: & omnia palam consummata sunt; post
factum hinc discessum.

XXX. *Cyrillus Alexandrinus*, in *Ioan.lib.12.c.78*. *Credere namque debemus, cum à corporibus Sanctorum anima abierint, tanquam in manus charissimi Patris, bonitati divina commendari: nec ut quidam infidelium crediderunt, in terris conuersari quo usque sepultura honoribus affecte sint: nec peccatorum anima ad immensi cruciatus locum, id est, ad inferos deferri: itinere hoc nobis à Christo primum preparato sed in manus potius Patris euolare. Tradidit enim animam suam manibus genitoris, ut ab illa, & per illam factio initio, certam huius rei spem habeamus, firmiter credentes in manibus Dei nos post mortem futuros, vitamq; multo meliorem ac perpetuo cum Christo victuros; ideo n. Paulus desiderauit, resoluti, & esse cum Christo,*

XXXI. Iustinus ille, quisquis est, ad Orthodoxos, q. 75 μετὰ τὴν ἐκ τῆς σωματικῆς ἀποθύσεως, εὐθὺς γίνεται τὸν δικαιῶν τὸ Καθολικὸν Διατελέον; Post existum animarum ē corpore, illuc iusti ab iniustis segregantur. Quare ut uero modo Attende ἄριστον πάρεστι τὸν αὐγήσαντα εἰς τὸν οὐρανόν τόπον, αἱ μὲν τὸν δικαιῶν ψυχαὶ, εἰς τὸν θεοῦ στού, εἴησαν οὐτούχα τε ἡ θεατρικὴ αὐγή αρχαγγέλων, αἱ δὲ τὸν αδίκων ψυχαὶ, εἰς τὸν τὸν αὐτὸν τόπον; Abducuntur enim ab Angelis, ad consignata loca. Ac inse sterorum quidem anima in Paradisum, ubi coniunctudine ē aspectū fruatur Angelorum ē Archangelorum. In insistorum autem anima, in iugis Orci loca.

XXXII. Cyprianus, de mortalitate Scriptum est, iustum fide vivere, si iustus es & si fide viuis, si vivere in Deum credis, cur non cum Christo futurus, & de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum voceris, amplecteris, & quod Diabolus careas, gratularis? Ecclatam, prolatu Simeonis exemplo. Latus de morte iam proxima, & de vicina accersitione securus, accepit in manus puerum, & benedicens Deum, clamavit, & dixit, Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Probans scilicet, atq[ue] confessans tunc esse seruum Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de ipsis mundi turbinibus extracti, sedis & securitatis eterna portum petimus: quando, expuncta hac morte, ad immortalitatem venimus. Illa est n. nostrapax, illa fida tranquillitas, illa stabilitas, & siem, & perpetua securitas. Ali quanto post. Hoc, quod sine ullo discrimine generis humani cum iniustis moriuntur & iusti: non est quod putemus bonis & malis interitum esse communem. Ad refrigerium iusti: vocantur, ad supplicium & piuntur iniusti: datur velocius tutela fidentibus, perfidis pena iterum. Nobis quoq[ue] ipsi minimis, & extremis quoties reuelatum est quam frequenter atq[ue] manifeste, de Dei dignatione preceptum est, ut confessare affiane & publice prædicarem fratres nostros non esse lugendos accersitione Dominicade seculo liberatos, cum scias mus, non eos amitti, sed præmiti, recedentes præcedere, ut proficientes ut nauigantes solent: desiderari eos debere non plangi: nec accipientes esse his: atras vestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumperrint, occasione dandam non esse Gentilibus, ut nos merito ac iure representant, quod que vivere apud Deum dicimus, ut extintos, & perditos lugeamus. Denique Amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo; quin nos: sine eruptos, & laqueis secularibus exolutos Paradiso restituit, & regno cœlesti. Quis non pergre constitutus properaret in patriam regredi? Quis non ad nos nauigare festinans ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter caros licet compleri? Patriam nostram Paradisum computamus, parentes Patriam habens iam expiatus, quid non properaret nos curvires, curvati per nos?

*mus & currimus, ut patriam nostram videre, & parēs salutare possim̄us? Ma-
gnus illic nos carorum numerus expectat parentum fratrum, filiorum, frequēs
nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de no-
stra salute sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quanta & il-
lis, & nobis in commune latitia est: qualis illic caelstium regnum voluntas si-
ne timore moriendī, & cū aeternitate viuendi! quam summa & perpetua felici-
tatis?*

XXXIII. Augustinus, in Ioan. tract. 47. *Moritur alii qui dicimus, bonus ho-
mo, fidelis homo: in pace est cum Domino. Et continuo: Eamus ad exequias ipsius,
& sepeliamus illum. Eum sepulturus es, quam iam dixeras in pace esse cum Deo.
Idem, sive potius Gennadius, de Ecclesiasticis dogmatibus c. 79. Post ascen-
sionem Domini ad cœlos, omnium Sanctorum anima cum Christo sunt, & exē-
tes de corpore ad Christum vadent, expectantes resurrectionem corporis sui, ut
ad integrum & perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur, scilicet &
peccatorum anima in inferno sub timore posita, exspectant resurrectionem sub
corporis, ut cum ipso ad pœnam derrudantur eternam. Pœnitentia abolēti pecca-
tū indubitate credimus, etiam si in ultima vita spiritu admissorum pœnitentia
& publica lamentatione peccata prodantur: quia propositum Dei quo decrevit,
saluare quod perierat, stat immobile. & ideo, quia voluntas eius non mutatur,
sive emendatione vita, si tempus conceditur, sive supplici confessione, si continuo
vita exceditur, venia peccatorum fideliter presumatur ab illo, qui non vult
mortem peccatoris, sed ut convertatur a perditione patiendo. & saluatus mi-
sereratione Domini viuat. Si quis alter de infinitissima Dei pie a sentit, non Chris-
tianus, sed Novatianus est.*

XXXIV. Propter de vita Contemplativa lib. I. c. 1. Quia secundum Scripturam sacre sermonem, tota humana vita tentatio est super terram, tunc est tentatio finienda, quando finitur et pugna: et tunc est finienda pugna, quando post hanc

hanc vitam succedit pugna secura victoria; ut omnes milites Christi, qui usq[ue] in finem v[er]e presentis diuinitatis adiuti, suis hostibus infatigabiliter restiterint, laboriosam peregrinatione transacta, regnent felices in patria.

X X X V . Anatalius Papa , primus eius nominis , quanquam is res iera non est : sed viderint Papista : nunc n. mea no interest . Is igitur Epist . 2 . *Indecens est , de illis radio affectionis addici , quos credendum est ad veram moriendo vitam peruenire .*

X X X V I . Sunt ista admodum diserta: sed & nūiuerſaliter dicta. Nunc peculiari ter singulis applicata: quānquam citata iam, & nūc tantum recolenda. Certe Ambrosium audiuimus, & Valentiniānum, & Satyrum & Theodosiū locantem in ecclīs statim à morte, nec expeſatis longis Purgatoriū temporis auctibus. De Valentiniā: Nec nos quidem dubitēmus de meritis Valentiniāni: sed iam ereditatiis, vel testimonio Angelorum, quod deterſa labore peccati ab lucis ascendit, quem sua fides lauit, & petatio conſecravit. Et paulo ante dixeris, veniūte, vbi abundat in certorū præmia. De Satyro: De iſiis beatitudine nequaquam viri dubitare debemus. De Theodosio. Et ille quidem abiit sibi, regnumq; non depositum, sed mutauit in tabernacula Christi, iure pietatis aſtitus, in illam Hierusalem supernam, ubi nūc positus, dicit, Sicut audiuimus, ita & videamus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, quā Deus fundauit in aeternū. E., Maxet ergo in lumine Theodosius, & Sanctorū cœribus gloriatur. E., Nunc se angustā memoria Theodosius regnare cognoscit, quād in regno Domini Iesu est, & considerat templum eius.

XXXVII. Hie tonus in Epitaphio Neptani: *Later & gandeam, quia
rapitus est, ne malitia mente eius mutaret, quia placuerat Deo anima illius? Sed
inuitus & repugnanti, per genas & lacryma fluunt. Et post: Scimus quidem Ne-
potianum nostrum esse cum Christo, & Sanctorum mixtum chorus; quod hic no-
biscum eminus rimabatur in terris. & estimatione quarebat, ibi videntem con-
minus dicere. Sicut audimimus, sic & vidimus. Post: Corpus terra suscepit, a-
nima Christo redditum est. De exitu Leæ: Nunc igitur pro brevi labore eterna
bea: itudine fructus: excipitur Angeorum chorus: Abrahe sinibus confuetur.
Sicut Blasius Lugeatur meritus, sed ille, quem gehena suscepit: que Tar-
tarus deuorat; in cuius pœnam eternam ignis & stat. Nos, quorum exitum Ange-
lorum turbacomitatus, quibus obuiam Christus occurrit, grauemur magis si
aiuiri in tabernaculo isto mortis habitemus. Post: Fauemus Blasillæ nostra,
qua de tenebris migravit ad lucem, & inter fidei incipientis ardorem, consum-
mati opere, percepit coronam. in Epitaphio Lucili: Ille iam securus & victor
te a scictis de excelso, & faues laboranti, & iuxta se locum preparat.*

X X V I I I . Augustinus, Confession. 9 c. 3. de Verecundo. *Retribuens illi, Domine, in resurrectione nostrorum, quia iam ipsam sortem, retribuisti ei. Ele- ganter, pugabant n. Verecuso, perfectam esse retributionem in morte: sed expe- ciandam in resurrectione. Sed Augustinus hic, sortem in morte agnoscit, id- eoque quasi auctoratum in resurrectione sortem ergo, vitam beatam: beatitudinem, in ipsa morte Verecundo concessam.*

X L. Hæc Veteres: & forte à nobis prolixius quæsta. Sed quid facias? Isa ingenium est eorum qui se nobis profitentur aduersarios; ut non pondere tantum, sed etiam cumulo sint obruendi. Habemus ergo, veteribus Christia-

nis persuasissimum iusisse, moxientes fideles abire ad Dominum: in celis futuros, in luce, in consilio Sanctorum, in Angelorum communione, in Christi communione. Possuntne ita cum Purgatorio: possuntne cum Purgatorio Papistico consistere? Et habes documenta profiteri. Profiteri unum autem, primum vniuersaliter: deinde ~~nam~~ in auctoritate: et vehementior probatio sit: & vndeque constat et teneatur sophisticare. Nam, si vniuersalia tantum ad dictionem in promptu calumnia erat, de Sanctis sermonem esse: at non omnes Sanctos. Si particularia duntur excepisse, exceptio parata, quosdam esse eximia supra reliquos sanctitatis. Sed quid excipient? Apparet enim, non esse eximum paucis priuilegium: quandoquidem dogma sit commune: & aptum consolandis omnibus Christianis in morte propinquorum: nec expectari papae canonizationem, dum huic aut illi assereretur ingressus in celos: sed communem persuasionem sigillatim per singulos applicari. Quo quid quis postulet amplius?

XLI. Aliud sequitur argumentum. Nemo qui in Purgatorium diuerit, ad iudicium Dei talis venit, quales exit è vita. At omnes homines ad iudicium Dei tales veniunt, quales exeunt è vita. Ergo nemo hominum diuerit in Purgatorium. Maior patet: nam, qui purgatur, post purgationem talis non est, qualis erat ante. Et ipsi Papistæ dicunt propterera Purgatorium esse, quia in cœlestem Hierusalem nihil admittatur pollutum. Itaq; necesse est, eos qui sunt in Purgatorium, pollutos mori. At post Purgatorium non esse pollutos: ide que alios.

X L I I I . Minor probatur ex Augustino , conc. I. in Psal. 36. Qualis exieris de
hac vita , talis redderis illi vita . Epist. 80. quæ ad Hesychium : Eum tanquam
fur dies ille comprehenderet . Quid unusquisque debet etiam de die huius vita sua
nouissimo formidare . In quo n. quenq; inuenierit suus nouissimus dies , in eum co-
prehenderet mundi nouissimus dies : quoniam qualis in die isto qui , q; moriuntur , ta-
lis in die illo indicabitur . Huic alios ad de ex præc. c.

X L I I I . Bellarminus Augustinum responderet significare, post hanc vitam non crescere merita, vel demerita, & ideo iudicandos omnes vel ad gloriam, vel ad gehennam, & ad minora maiestate præmia, vel tormenta, prout erunt opera facta ante mortem.

X L I V . Quid si tu mihi iures, mentem esse Augustini, post hanc viram & que futuros omnes rationales? Nam hoc , profecto, verum; & que acid quod tu de meritis dicis, & de meritis. Et quidem satis in te est audacia: si quidem in rei tuam foret. Sed nos non sumus tam faciles: & ictimus, Augustinum vel le: si quis, quem ab hac exit vita, pollitus sit, pollutum futurum in iudicio: & si purus, purum. Nam si non esset futurus pollutus, purus: ergo nec talis: contra quam ille sensit. Est autem non Augustinianæ gratuitatis, sed Jesuiticæ leuitatis, pugnantia loqui.

XL V. Argumētamur. Si esset Purgatorium, ergo etiam post hanc vitam esset remissio peccatorum. Atqui, post hanc vitam nulla est remissio peccatorum. Ergo nullum est Purgatorium. Consequentia manifesta est; ex ipsa doctrina purgatorijs sic enim statuunt Papistæ, aliqua peccata condonari in hoc seculo: aliqua vero, non condonata in hoc seculo, condonari in futuro.

X L V I . Assumptum autem probatur ex Patrib. Chrysostomo, homil. 2. de Lazato, *Donec hic fuerimus, spes habemus praclaras simul atq; vero discesserimus illuc, non est posse in nobis istum paenitentem; neq; commissa diluere*. Ambro-
sio, de bono mortis c. 2. *Qui hic non acceperit remissionem peccatorum, illic nouerit*. Non erit autem, quia ad vitam eternam non potuerit peruenire: quia vita
eterna remissio peccatorum est. Cyrillo, catechesi 18. Εάν λίγη, ὅπερ εἰ αμφοτε
λοὶ αἰνίσσονται σε κύριοι, οὐτε δηλοῖ, οὐτε τελεολας, οὐτε φέσις εἰ τὴ ζωὴ των τό-
γον τῶν περιθυμίαν ἔχεται. Si dicit, non mortui laudabunt te Domine, hoc indi-
cat, quod paenitentia & remissio peccatorum in hac vita tantum prescriptum
tempus habemus.

XLVII. Respóder Bellarminus, agi de remissione mortalium. Nam, Chrysostomum exemplo Epulonis monere, ne differamus conuersationem in aliam vitam. Ambrosium; vitam aeternam vocare gratiam iustificationis, quæ est vita quadam aeterna in choata.

X L V I I I . Agi de remissione mortalium . Quasi , inquam , non omnia sunt mortalia . Sed hoc alias dictum . Iterum ; quasi qui de mortalibus agat , de venialibus nihil dicat . Atqui hoc falsum . Nam , si peccata omnia , vel mortalia sunt , vel venialia : certe , qui de peccatis dicit , dicit de mortalibus : sed dicit etiam de venialibus . Sed hoc vult , agi tantum de mortalib . Videte argumētum . Monet , non differendam conuerzionem in aliam vitam : ergo agit tantum de mortalib . Quodnam hoc est iudicij monstrum , Deus bone ! Anne ergo conuersio à venialibus , nihil ad hanc vitam pertinet ? an potius nullam Papistæ volunt , curantve ab ijs conuersionem ?

X L I X. Ambrosius, vitam æternam vocare gratiam iustificationis. Quid hoc est, inquam? Gratiam iustificationis, eam, quæ sit in hac vita? Ridiculum; quo sensu enim, h̄ic, & illuc? Si h̄ic non acceperit, illuc non erit? An tu tibi spes tantum esse acuminis, ut probes interpretandum, si h̄ic non acceperit, h̄ic non erit? Quanquam hoc profecto acumen nullum est: sed immanis audacia. Sed enim, si varijs terminos Ambrosius significauit; & per, h̄ic, hanc vitam, certe per, illuc, aliam. Quid vero? ten' tua superstitione patitur dicere, in altera vita habendam gratiam iustificationis.

tristis patitur dicere; in altera vita habet ergo gratiam
cognitionis? Vide quis Bellarmine. Ego, ridens acumen
tuum; audaciam ipsam detestans, clau-
do disputationem de Purga-
torio. *omnibus @ 15.*